FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Venerabilis Bedae || presbyteri de temporibus siue de || sex ætatibus huius se=||culi Liber In=||cipit. ||

### Beda <Venerabilis>

### Parisius, 1507

VENERABILIS BEDAE PRAESBITERI DE TEMPORIBVS SVIS SIVE De SEX AETATIBVS HVIVS SECVLI LIBER INCIPIT.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150560

Visual Library

❡VENERABILIS BEDAE PRAESBITERI
DE TEMPORIBVS SVIS SIVE De
SEX AETATIBVS HVIVS
SECVLI LIBER IN=
CIPIT.

DE ſex huius mundi ætatibus ac ſeptima vel
octaua qui & huius vitęqꝫ cœleſtis ac ſuper
nę in comparatione primę hebdomadis in
qua mundus ornatus eſt aliquanta perſtrin
ximus: nunc in cōparatione æui vnius ho=
minis q microcoſmos gręce a philoſophis
hoc eſt minor mundus ſolet nuncupari: de
eiſdem aliquanto latius exponemus.

❡Prima eſt ergo mundi huius ætas ab Adam vſqꝫ ad Noe: 1
continens annos iuxta hębraicā veritatem mille. Dclvi. iuxta
.lxx. interprętes. M.ccxlii. generationes iuxta vtrāqꝫ editionē
numero. x. quæ vniuerſali eſt deleta diluuio: ſicut primū cu=
iuſqꝫ hominis obliuio demergere conſueuit ætatem. quotus
enim quiſqꝫ eſt qui ſuam recordetur infantiam.

❡Secunda ætas a Noe vſqꝫ ad Abrahā generationibus iuxta 2
hębraicam auctoritatem completa eſt. x. annis autem. ccxcii.
porro iuxta. lxx. interprętes annis. cclxxii. generationibus. xi.
hęc quaſi pueritia fuit generis populi dei: & ideo in lingua in
uenta eſt. i. hębrea: in pueritia nāqꝫ homo incipit noſce loqui
poſt infantiam quę hinc appellata eſt quod fari non poteſt.

❡Tertia ab Abraham vſqꝫ ad Dauid generatiōes iuxta vtrāqꝫ 3
auctoritatem. xiiii. annos vero. Dcccxlii. complectens. Hæc
quedam velut adoleſcētia fuit populi dei: a qua ętate quia in=
cipit homo poſſe generare propterea Mattheus euāgeliſta ge=
nerationum ex Abraham ſumpſit exordium. Qui etiam pater
gentium conſtitutus quando mutatum nomen accepit.

❡Quarta a Dauid vſqꝫ ad tranſmigrationem Babylonis ha= 4.
bens annos iuxta hebraicam veritatem. cccc. lxxiii. iuxta. lxx.
trāſlationem. xii. amplius generationes iuxta vtroſqꝫ codices
.xvii. quas tamen euangeliſta Mattheus certi miſterii gratia
.xiiii. ponit. a qua velut iuuenili ætate in populo dei regū tē=
pora cœperūt. Hæc nāqꝫ in hominibus ætas apta gubernādo
ſolet exiſtere regno.

❡Quinta quaſi ſenilis ætas a trāſmigratione babylonis vſqꝫ 5
in aduentū domini ſaluatoris in carnē: generationibus & ipſa

xiiii.porro.annis.Dlxxxviiii.extenſa eſt: in qua vt graui ſene-
ctute feſſa malis crebrioribus plebs hebręa quaſſatur.
6 ¶Sexta quæ nunc agitur ætas nulla generationū vel tempo-
rum ſerie certa . ſed vt ætas decrepita ipſa totius ſeculi morte
conſumenda relinqtur. Has erūnoſas plenaſqꝫ laboribus mū-
di ætates quiqꝫ fœlici morte vicerunt.
¶Septima iam ſabbati perennis ætate ſuſcepti . Octauam
beatæ reſurrectionis ætatem in qua ſemper cum domino re-
gnent expectant.

¶Decurſus ætatum earundem.

1 ¶Prima igitur ætate ſeculi naſcentis primaqꝫ huius die fecit
deus lucem quam appellauit diem.
2 ¶Secunda firmamentum cœli in medio librauit aquarū.Ipſis
aquis ac terra cum cœlo ſuperiore ac virtutibus quę in eo con
ditorem laudarent ante horum ſex dierum exordium creatis.
3 ¶Tertia die congregatis in ſuum locum aquis quę cuncta cō
texerant arridam iuſſit apparere.
4 ¶Quarta ſydera in firmamento cœli poſuit. quę nunc quātū
ęquinoctii coniectura colligimus.xii.kalen.aprilium vocatur.
5 ¶Quinta natatilia et volatilia creauit animantia.
6 ¶Sexta animalia terreſtria . & ipſum hominem formauit
Adam. de cuius latere dormientis matrem omnium viuentiū
produxit Euā: ea quę nunc quantum michi videtur eſſe credi
bile.x.kalen.aprili.dies appellatur.vnde merito creditur ſi nō
verior ſententia vincit. Quod beatus Theophilus cum cæte-
ris non ſolum paleſtinę ſed & per multis aliarum regionū epiſ
copis de paſca diſputans ſcripſit. Eodem.x.kalen. Apriliū die
dominū fuiſſe crucifixum. Dicebat enim vna eademqꝫ non ſo
lum ebdomadis ſed & menſis die. ſecundum Adam pro gene
ris humani ſalute viuifica morte ſopitum: de promptis elatere
ſuo ſacramētis cœleſtibus ſponſam ſibi ſanctificare eccleſiam
volens: qua videlicet die primum Adam patrem videlicet hu
mani generis ipſe creauerat: eiqꝫ de latere coſtā tollens ædifi
cauit mulierem.cuius adiutorio genus propagaret humanum.
130 ¶Adam annorum. c. xxx. genuit Seth cui ſuperuixit annis.
Dccc.verū .lxx. Interpretes ante natum Seth poſuere annos
cc.xxx.poſtea. Dcc.Seth interpretatur reſurrectio ſignificans
reſurrectionem Chriſti a mortuis : cuius mortem illatam a iu-
dęis ſignificat Abel qui dicitur luctus a fratre Cain occiſus.
235 ¶Seth annis.cv.genuit Enos cui ſupuixit ānis.Dcccvii. por

ro.lxx.añ.natũ Enos añ.ccv.poſtea appoſuere. Dccvii. Enos
interpr̨etatur homo:de quo benedicitur.Iſte cepit inuocare no
men domini ꝙ hominum eſt proprium:vt ſuæ fragilitatis me
mores inuocent conditoris auxilium eorum duntaxat qui in
fide chriſti viuentes: filii reſurrectionis eſſe lætantur.
¶Enos añ.xc.genuit Cainan cui ſupuixit añ.Dcccxv.ſed.lxx 324
añ.natum Cainan.cxc.añ.poſtea.Dccxv.poſuere.
¶Cainan annis.lxx. Geñ.Malalehel.poſt cuius ortũ vixit an 395
nis.Dcccxl.lxx.ãnis natũ Malalehel.clxx.poſtea dixere.Dccxl
¶Malalehel annis.lxv. genuit Lareth cui ſupuixit ãnis. Dccc 460
xxx.lxx.annis natum Lareth.clxv.poſtea poſuere.Dccxxx.
¶Lareth añ.clxii.genuit Enoch cui ſuperuixit añ. Dccc. 622
In hac generatione nuſq̄ vtriq; codices diſcrepãt: hũc Enoch
nonnulla diuina ſcripſiſſe Iuda apoſtolo atteſtante cõperimꝰ.
Sed vt beatus Auguſtinus dicit:non fruſtra eſt in eo canone
ſcripturarum qui ſeruabatur in templo hębrei populi ſuccedē
tium diligentia ſacerdotum: niſi quia ob antiquitatē ſuſpectę
fidei iudicata ſunt:nec vtrum hęc eſſent quæ ille ſcripſiſſet po
terat inueniri. Vnde illa quæ ſub eius nomine ꝓferũtur & cõti
nent illas de gigantibus fabulas quod non habuerint hoĩes pa
tres recte a prudentibus iudicãtur nõ ipſius eſſe credēda.
¶Enoch ante.lxv.geñ. Mathuſalem: poſt cuius ortum ambu 187
lauit cũ deo trecentis annis.lxx.añ.natũ Mathuſalem poſuere
.clxv.annos poſtea.cc.& bene in ſeptima generatione.Enoch
qui interp̄tatur dedicatio tulit a mortalibꝰ quia ciuitas electo
rum in ſex huius ſeculi pro deo laborans ætatibus in ſeptima
ſabbati futuri gloriam dedicationis expectat. at reprobi ſola
preſenti ſunt fęlicitate contenti. Cain ciuitatem quam ſtatuit
in.vii.generatione ſed in primo genito Enoch filio cõſecrat.
¶Mathuſalem añ. clxxxvii. geñ.Lamech cui ſuperuixit añ. 874
Dcclxxii. Idem vſq; ad diluuiũ. lxx.añ.natũ Lamech.clxvii.
ponunt annos poſtea.Dccc.& duos. Qui numerus: vt lector
facilime videbit iuxta hebraicã veritatē.xx.annis: iuxta ipſoꝝ
vero auctoritatē xiiii.añ.diluuii tēpora tranſit.De qua famo-
ſiſſima qõne doctiſſimi patres Hierony.i lib.qõnũ hebraicaꝝ.
Auguſtinus in lib.de ciuitate dei.xv.pleniſſime diſputant.
¶Lamech añ.clxxxii.geñ. Noe. cui ſuperuixit annis.Dxcv. 1036
lxx.añ.natum Noe ponunt annos. clxxxviii. & poſtea. Dlxv.
in hac ſola generatione ſumma vniuerſitatis diſcrepat: quia
xx.&.iiii.añ. plus vixiſſe Lamech in hebreis q̄ in.lxx. tranſla-

torum codicibus inuenitur.

1066 ¶Noe.an̄. Dc.venit Diluuiū menſe ſecūdo. xiiii.die menſis: ſane de differentia annorum inter hebræam &. lxx. interp̄tā auctoritatē: nequis nos laceret nouas mouiſſe queſtiones: legat p̄fatorum patrum memorata opuſcula: & intelliget hanc iam olim notiſſimā fuiſſe diſtantiam: cuius originem diſtantię cum beatus Auguſtinus ſolertiſſime quæſiſſet dixit in libro ſupra ſcripto.c.xiii. inter alia ſic. Credibilius ergo quis dixerit cum primo de bibliotheca Ptolemæi deſcribi iſta cœperunt. Tunc aliqd tale fieri potuiſſe in codice vno: ſed primitus inde deſcripto vnde latius emanaret vbi potuit quidem accidere: & iam ſcriptoris error. Sed hoc in illa quęſtione de vita Mathuſalæ non abſurdum eſt ſuſpicari. Et poſt aliquanta recte fieri inquit: nullo modo dubitauerim: vt cum diuerſum aliquid in vtriſq; codicibus inuenitur: quādo quidē ad fidē rerū geſtarū vtrūq; eſſe non poteſt verum: ei linguę potius credatur vnde eſt in aliam per interpretes facta tranſlatio.

¶De ætate ſecunda.

¶Secunda ſęculi ætate: prima huius die quę eſt.xxvii.mēſis ſecundi egreſſus eſt Noe de arca in qua pauci.i. viii.animæ ſaluę factę ſunt per aquam. Quod memorans in epiſtola beatus apoſtolus Petrus: mirifice ſtatim exponere curauit cū ſubiunxit: quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: nō carnis depoſitio ſordium: ſed conſcientiæ bonæ. Interrogatio in deum.per reſurrectionem Iheſu chriſti a mortuis qui eſt in dextera dei. In aqua diluuii baptiſmū: in arca & his quæ continebat eccleſiam & fideles illius: in octonario animarum numero miſterium dominicæ reſurrectionis in cuius fide baptizamus docens eſſe figuratum.

¶Sem.c.an.gen̄. Arphaxat Biennium poſt diluuium: ab Ar-
1653 phaxat chaldeos originem duxiſſe Hieronymus ſcribit. ſuper uixit autem Sem nato Arphaxat Dc annis. i. vſq; ad quinquageſimum annum natiuitatis Iacob.

1693 ¶Arphaxat an. xxxv. gen. Sale. hic ſeptuaginta interpretes vnam generationem pluſq̄ hebraica veritas poſuere dicentes. Quod Arphaxat cum eſſet annorum. cxxxv. genuit Cainna: qui cum.cxxx. annorum eſſet genuit Sale quorū tranſlationē Euangeliſta Lucas hoc loco videtur eſſe ſecutus. Verum chronographi græcorum cum generationū ſeriem ad auctoritatem hebraicam caſtigaſſent ablata vna generatione Cainan. Nec

tamen numerū annorū in generationibus quos cum eis habuere cōmunes: ad eorum auctoritatē: caſtigare curaſſent: ꝓpriam ſecuti auctoritatem: dederunt huic ætati annorum ſumā minorem quidem .lxx. tranſlatorum editione an. cxxx. ſed hebraica veritate annis. Dc. &. l. maiorem. i. annis. Dcccc. &. xlii. vixit autem Arphaxat poſt natum Sale annis. ccc. & tribus. Cui tm̄ lxx. poſt natum Cainan ſcribunt annos. cccc. xxx. & Cainan poſt natum Sale. cccc. xxxviii.

¶Sale an. xxx. gen. Heber cui ſupuixit an. cccc. iii. lxx. an. natum Heber poſuere annos. cxxx. poſtea. cccxxx. abhoc Heber hebræorum nomen & genus oritur. 1723

¶Heber an. xxxiii. gen. Salech cui ſuperuixit annos. cccexxx. 1757
lxx. an. natū Salech. an. poſuere. cxxxiiii. poſtea cclxx. Salech interpretatur diuiſio cui propterea tale nomen impoſuere parētes: quia tempore natiuitatis ipſius terra per linguarum confuſionem diuiſa eſt. cuius diuiſionis Arnobius rhetor in expoſitione pſalmi. c. iiii. ita meminit. Sem primo genito Noe pars facta eſt a perſida & bactris vſq; in Indiam longe: & vſq; rinocorutas que ſpatia terrarum habent linguas ſermone barbarico xx. &. vii. In quibus linguis gentes ſunt patriarum: quadrigentæ & ſex: non diuerſarum linguarum: ſed vt dixi diuerſarum patriarum. verbi gratia cum vna lingua latina ſit: ſub vna lingua diuerſæ ſunt patriæ Brutiorum Lucanorum. Apulorum. Calabrorum picentum tuſcorū: et his atq; huiuſmodi ſimilia ſindicamus. Cham vero ſecūdus filius Noe arino corutis vſq; Gadira habens linguas: ſermone punico: a patre Garamātum Latino a parte boreæ Barbarico a parte meridiani: æthiopum & ęgyptiorum ac barbarorum interio vario ſermone. xx. duabus linguis in patriis. cccxc. &. iiii. Iapheth autem tertius a media vſq; Gadira ad boream habet autem Iapheth flumen tygridem: qui diuidit mediam & babyloniā impatriis. cotis ſermone vario in linguis. xx. & tribus. fiunt ergo omnes ſimul linguæ. lxx. duæ. patriæ autem generationum mille quæ intripartito ſeculo. hoc ordine ſite ſunt habet vt diximus Iapheth flumen Tygridem qui diuidit mediam & babyloniam. Sem autē Eufratem. Cham vero Geon qui vocatur Nilus.

Arnobius

¶Phalech an. xxx. geñ. Reu. cui ſuperuixit an. ccix. lxx. añ. natum Reu. cxxx. annos ponunt poſtea. ccviii. his temporibus primum templa conſtructa: & quidam principes gentium tanq̄ dii ſunt adorati. 1787

1819 ¶Reu an.xxxii.geñ. Seruch.cui ſuperuixit añ.ccvii.lxx .añ
Scytharũ natum Seruch.annos.cxxxii.ponũt poſtea.ccvii. Scytharum,
regnum regnum dicitur exortum vbi primus regnauit Tanaus.
exoritur. ¶Seruch añ.xxx.geñ. Nachor: cui ſuperuixit añ .cc.lxx.añ.
1949 natum Nachor ponunt añ.cxxx.poſtea.cc. ægyptiorũ dr̃ im-
Egyptio perium inchoare primo eis regnante Vizones.
rũ regnũ ¶Nahor an.xxix.geñ.thare cui ſuperuixit añ.cxix.lxx.annis
inchoat. natum Thare ponunt an.lxxix.poſt.cxxix. Aſſyriorũ ſycinio-
1878 rumqʒ regnũ naſcitur:his primũ bello illis aegi alio regnante.
Aſſyriorũ ¶Thare an.lxx.geñ.Abraham cui ſupuixit.cxxxv.an.hacte-
ſycinorũ nus ſecũda ſæculi ætas ꝑtenditur cuius tota ſerie recens'ætas
qʒ regna beatus Augu.in libro de ciuitate dei.xvi.capite.x. hoc modo
naſcũtur concluſit: fiunt itaqʒ anni a diluuio vſqʒ ad Abraham.M.lxxii
1948 ſecundum vulgatam editionem hoc eſt interpretũ .lxx.in he-
breis codicibus longe pauciores annos perhibent inueniri:de
quibus rationem aut nullam aut difficillimam reddunt.

### ¶De tertia ætate.

2023 ¶Tertia mũdi ætas a Natiuitate cœpit Abraham patriarche
qui.lxxv.annorum cum eſſet relicta gente patria ad Imperium
dei venit in terra chanam: accipiens promiſſionẽ naſcituri de
ſuo ſemine ſaluatoris: in quo benedicerentur omnes gentes ſi
mul & ſe ipſum ingentem magnam eſſe futurum.Quarum vna
ſpiritalis altera eſt promiſſio carnalis. His temporibus Ninus
& Sæmiramis Aſſyriis regnant.
2034 ¶Abraham añ.lxxxvi.genuit Iſmahel: aquo Iſmahelitæ ge-
37 nuit aũt Iſmahel.xii.Duces.& vixit añ.c.
2048 ¶Idem Abraham añ.c.genuit Iſaac.qui primus & ſolus in to
ta veteris teſtamẽti ſerie legitur.Octaua die circũciſus. Quod
2108 nõ ſine magno miſterio priuilegiũ eſt filio ꝑmiſſionis donatũ.
¶Iſaac añ.lx.genuit Eſau & Iacob patriarchas Idũeæ & Iſra
helitice gentis.poſt quorum ortum vixit añ.c.xx.His tempo-
ribus primus apud Argos regnauit Inachus an.quinquaginta
cuius filiam Io ægyptii mutato nomine Iſidem colunt.
2238 ¶Iacob añ.c.xxx.diſcendit in ægyptum in animabus.xx.hu
ius temporibus Memphis in ægypto ab Ape Argiuorum re-
ge condita. Spartha quoqʒ a ſpartho filio Phoronci regis argi
uorum conditur.
2453 ¶Habitatio filiorum iſrael qua manſerunt in ægypto fuit
ccccxxx. annorũ quibus expletis eadẽ die egreſſus eſt omnis
exercitus domini de terra ægypti: vt ſcriptura teſtatur exodi.

Quorum tamen ſummam annorum chronographia.lxxv. an
no natiuitatis Abraham quando terram repromiſſionis intra
uit: computant: ſequentes editionem .lxx. interpretum quæ
dicitur habitatio autem filiorū iſrael.ꝙ habitauerunt in ęgyp
to & in terra chanaan:ipſi & patres eorum annis.ccccxxx.quā
neceſſario ſequendam & ipſa hebraica veritas oſtendit. Quæ
narrat Caath filium leui: quem natum eſſe conſtat in terra cha
naan vixiſſe annos.cxxxiii.& filium eius Amiram patrē Moi
ſi annos.cxxxvii.Et ipſum Moſen.lxxx.fuiſſe annorū tempo=
re egreſſionis de ęgypto. Qui nimirum horum ſummum an=
norum conſtat.cccc.&.xxx. Implere non poſſe Annuit autem
horum tranſlationi & apoſtolus cum ait. Abrahae dictæ ſunt
promiſſiones & ſemini eius: non debet ex ſeminibus quaſi in
multis ſed quaſi in vno & ſemini tuo qui eſt chriſtus. Hoc au=
tem dico teſtamentum confirmatum a deo:quæ poſt quadrin
gentos & triginta annos facta eſt lex: non irritum facit ad eua
cuandas promiſſiones patrum

¶Moſes annis .xl. eductum ex ægypto regit populum iſrael 2493
in deſerto quorum primo anno tabernaculum domino con=
ſtruxit. Et ſeptem menſibus opus perficiens menſe primo anni
ſecundi prima die menſis erexit.Hucuſqꝫ vt Euſebius comme
morat.v.libri Moſi continent geſta annorum.iii.Dcc.xxx.ſe=
cundum.lxx. ſeniorum interpretationem. Quot vero annos
huius temporis hebraica veritas contineat.Ioſephus in primo
contra Appionem grammaticum lib. ita commemorat. Neqꝫ
igitur innumera apud nos habentur volumina inter ſe inuicē
diſcordantia: ſed duo tm̄ &.xx.ſunt libri qui omnium tempo
rum ſeriem cōtinent: qui & Iuſte creduntur diuinitus inſpirati
Ex quibus quinqꝫ ſunt Moſi continentes leges vitæ:& ſucceſ=
ſionis humanę proſapiam vſqꝫ ad ipſius Moſi terminum con=
tinentes qui Paulo minus ad. iii.annorū cōtinentiam gerunt.

¶Ioſue an.xxvi.regit populum iſrael vt Ioſephus doce.nam 2519
ſcriptura ſancta quot fuerint anni ducatus illius tacet. Quare
vero Euſebius in chronicis .xxvii.poſuerit infra dicemus.Pri
mo autem ſui ducatus anno Ioſue primo menſe: decima die
menſis populum impace: facto Iordanis Alueo in terram
repromiſſionis induxit: quo videlicet anno vt in chroni
cis prefati Euſebii repperimus. Principium erat quinquageſi
mi primi iubilei ſecundum hebreos .i. anni.ii. D. erant Ab
initio mundi completi: ſingulis iubeliorum ordinibus per

quinquagenos annos deputatis .At vero hāc temporis huius eſſe ſummā noſtra inquiſitione quaqꝫ inuenire voluit. Conſtat .n. quia inde ad diluuiū vſqꝫ.Dcl.fuere āni.Inde ad Abraham .cc.qui.lxxv.erat annorum quando promiſſionem dei accepit promiſſionis anni.ccccxxx.ducatus Moſi anni.xl.qui ꝑfecto numerus non. II.D. ſed ſeptem minus.i. IIccccxciii. vt p̄notauimus annos implent.

2559 ❡Oathoniel an.xl. de tribu Iuda : primus iſrael Iudex dn̄o iubente conſtituitur:huius temporibus primis filii iſrael ſeruoꝝ Cuſan Raſataim regi Meſopotamiæ octo annis.

2639 ❡Aoth an̄.lxxx.filius gera: filii Gemim qui vtraqꝫ manu vtebatur pro dextera : in primus ſeruiuit illis Eglon regi Moab an̄.xviii.donec cum ipſe percuſſo Eglon liberauit. Hoc tēpore Cyrene ciuitas condita eſt in lybia.

2679 ❡Deborra an .xl. prophetiſſa de tribu Ephraim cum Barach de tribu neptalim cuius initio ducatus oppreſſit filios iſrael Iabin rex Canaam.xx.annos qui regnabat in Aſor ſed occiſo ab iſrael.principe militiæ eius riſara humiliatus tandem ac deletus eſt.Hoc tempore Miletus condita.

2719 ❡Gedeon an.xl.ex tribu mannaſſe:ſub quo ſeruiuit iſrael Madianitis & Amaletitis.vii.annis.Sed Gedeon pugnante liberatus eſt.Tyrus condita an̄ templū Hieroſolimorum annis.cclx. vt ſcribit Ioſephus.

2819 ❡Abimelech an.tribus filius Gedonis qui regnabat in ſicem Hercules Ilion vaſtat.

2743 ❡Tola an̄.xxiii. filius Phoa patrui Abimelech vir de Iſachar qui habitabat in ſanir montæ ephraim. Bellū laphitarū & centaurorum quos ſcribit Paleſatus primo de incredibilibus libro nobiles fuiſſe æquites theſſalorum in Troia poſt Laomedontem regnauit Priamus.

2767 ❡Iair annos.xxii.ex tribu Manaſſe. Hercules agonem olympiacum conſtituit.a quo vſqꝫ ad primam olympiadem ſupputantur anni.cccc.xxx.

2777 ❡Iepthe galadites annos .vi. Philiſtini & Ammanite deprimunt iſrael : ex quibus Ammanite debellantur abiepte qui in libro iudicum ab ætate Moſi vſqꝫ ad ſemetipſum ait ſub putari annos.ccc.

2780 ❡Abeſſan debethleem annos.vii. Agamennon imperat Mycenis annis.cxxxv.cuius anno.xv.Troia capitur.

2790 ❡Achialon zabulonitis annos.x.hic cum annis.x.ſuis in.lxx.

interpretibus non habetur: pro quorum dãno ſupplendo Eu=
ſebius Ioſuæ filio Nun. Samuheli & Sauli quorũ annos ſcrip=
tura non docet plures q̃ in Ioſepho legebat : adnotauit: quate
nus ab egreſſo iſrael ex ægypto vſq; ad ædificationem templi
cccc.lxxx. annorum ſummam ſcriptura predicat habere.
¶Labdon de tribu Ephraim ãnos.viii. Huius anno.iii. Troia 2798
capta eſt completis a primo anno cecropis qui primus apud
Atticam regnauit annis.ccclxxv.a quadrageſimo autẽ & ter=
tio regni Nini Aſſyriorum regis annis .Dccc.xxxv. Mortuo
Labdon ſeruiuit iſrael philiſteis añ.xl.
¶Sanſon de tribu Dan annos.xx. hactenus iudicum liber tẽ Sanſon
pora ſignat habens annos .ccxcix. Iudices autem.xii. Latinis 2818
qui poſtea Romani nuncupati ſunt: poteſt tertium annum cap Latini q
tiuitatis troiæ: ſiue vt quidam volunt octauum: regnauit Ae= poſtea ro
neas annis tribus: poſt quem Aſcanius annis.xxxviii. Ante æ= mani di=
neam ianus ſaturnus: picus: faunus: Latinus: in Italia regna= cti ſunt
runt annis circiter.cl. Aſcanius ænee filius Albã vrbẽ cõdidit. Aeneas.
¶Heli ſacerdos annos .x. in Hebreorum libro.xl. anni inue= Aſcanius
niuntur in.lxx. autem interpretatione.xx. Hectoris filii Ilion re Ianus.
ceperunt expulſis antenoris poſteris: heleno ſibi ſubſidium fe Saturnus
rente. latinorum tertius Siluius æneæ filius regnat annis.xxix Picus.
Qui quia poſt mortem patris : editus ruri fuerat educatus : & Faunus.
Siluii & poſt humi nomen accepit: aquo omnes albanorum re Latinus.
ges Siluii vocati ſunt. Reges ſiconis defecerunt qui ab Aegea Heli ſa=
leo vſq; ad zeuxippũ regnauerunt annis.Dcccclxxii. poſt quos cerdos.
ſacerdotes carnis conſtituti ſunt. 1858
¶Samuel ãnos.xii. vt docet Ioſephus: In ſcriptura eni ſancta Ilium
q̃ diu prefuerat minime pater : ab hoc tempora prophetarum Siluius.
incipiunt: latinorũ quartus Aeneas ſiluius regnat annis.xxxi. 2870
¶Saul primus hebræorum rex annis.xx. huius quoq; in cano 2890
nica ſcriptura habetur mentio: & in antiquitatibus Ioſeph tem
pus regni notauit. In lacedæmone regnauit primus Euriſteus
annis.xlii. Corinthi primus Alethis annis.xxxv.

### ¶De quarta ætate.

¶Quarta mundi ætas non ſolum cum inchoato Iudęe gen
tis Imperio: ſed cum innouata promiſſione que patribus olim
data eſt: imperii criſtiani ſumit exordium iurante domino Da
uid veritatem de fructu ventris eius: & ſedere ſup ſedem eius.
¶Dauid primus ex tribu Iuda Rex annis.xl. Latinorum quin 2930
tus latinus Siluius annis.l. Epheſus condita ab Andronico.

Carthago cõdita eſt vt quidã volunt a Carcedone tyrio Vtũo alii a Didone filia eius annis.cxliii. poſt troianum excidium.
2970 ¶ Salomon filius Dauid añ.xl. qui quarto regni ſui anno mẽ ſe ſecundo templa domino ædificari cœpit in hieruſalem:collectis ab egreſſu iſrahelis ex ægypto annis ccccl xxx. vt regum quiſq; liber teſtimonio eſt. Quod in figuram vniuerſi tẽporis quo in hoc ſeculo xp̄i ædificatur eccleſia:quę in futuro perficitur.vii.annis perficit & ſeptimo octaui anni menſe dedicauit. Latinorum ſextus Alba Siluius Siluii Aeneę filius regnat añ. xxxix.regina Saba venit audire ſapientiam Salomonis.
2987 ¶ Rhoboam filius Salomonis añ.xvii.hieroboam de tribu ephraim ſeparauit.x.tribus a domo Dauid & a domino in figuram hæreticorum: qui ſuos ſequaces a chriſto & eccleſia ſegregant.Huius quinto anno Seſac rex ægypti veniens hieroſolimam templũ ſpoliauit.Latinorum ſeptimus ægyptus Siluius Albæ ſuperioris regis filius regnat annis.xxiiii.Samus condita & Smyrna ninum in modum ampliata.
Seſac.
2990 ¶ Abiam filius roboã añ.III.hic pugnantem contra ſe hieroboam ſuperauit : occiſis de exercitu eius milibus quingentis: eo quod ſperaſſet in domino.
3031 ¶ Aſa filius Abiam añ. xli. ab hoc cõductus Benedab rex ſyrię damaſci contra iſrael percuſſit omnem terram neptalim. Latinorum octauus capis Siluius ęgypti ſuperioris regis filiꝰ regnat añ.xxviii.Aſa Idola deſtruit templũ mundat.Egredientem cõtra ſezara ęthiopem cum ſuo ſternit exercitu. Aniri rex iſrael emit montes ſamariæ a ſomer duobus talentis argenti & ędificat eam debet helhurico inſtaurat.
Benedab
Aniri
3056 ¶ Ioſaphat filius Aſa.añ.xxv.Helias Theſbithes tres ſemis annos pluuiam continuit propter peccata Ahab & populi iſrael: & inter cætera magnalia heliſeum filium Saphat : qui erat de Abel maula pro ſe vnxit prophetam latinorum : nonus capentus Siluius ſuperioris regis filius Capys regnauit añ.xiii.poſt quem filius eius Tiberinus ſimul añ.viii.aquo & fluuius appellatus eſt Tyberis qui prius Albula dicebatur poſt quẽ Agrippa ſimul filius eius añ.xl.Ioſaphat fecit rectum coram domino.
3064 ¶ Ioram filius Ioſaphat añ.viii.helias curru igneo rapitur quaſi vſq; in cælum & Heliſeus heres prophetie derelictus primo miraculo aquas hiericho ſanat. In diebus Ioram receſſit Edõ ne eſſet ſub Iuda:& conſtituit ſibi regẽ. Ambulauit autẽ Ioram in viis domini Achab filia quippe Achab erat vxor eius.

¶Azarias filius Iorã anno vno.Ionadab filius Rechab clarus 3065
habetur.Azariã cum filio ſuo Ioas & nepote Amaſia ob onor=
mitatẽ ſcelerũ:& quia nec patrẽ filiũ ve quiſpiã eorꝫ bonũ ha=
bebat.euãgeliſta Matthe⁹ a dñi ſaluatoris genealogia ſecludit.
¶Athalia mater Azarie an.vi.quæ videns interfectũ ab Hieu 3071
rege iſrael filium ſuum Azariã. Interfecit oẽm ſtirpem regiam
domus Iorã preter ſolum Ioas filiũ azariæ quẽ Ioſabeth ſoror Ioſabet
Azariæ vxor Ioade pontificis furata eſt de medio filiorũ regis
cũ interficerentur in.lxx.interpretib⁹.vii.an.regnaſſe Athalia
narratur.
¶Ioas filius Azariæ an.xl.iſte bono principio:& fine vſus peſ 3111
ſimo in principio ſui regni templũ innouat in extremis inter
cætera facinora zachariã filiũ Iade tutoris quondã ac regnifi
catoris ſui inter templũ & altare lapidari ꝑcepit.Quã ob meri
torũ gratiã dñs in euangelio filiũ Barachie idẽ benedicti dñi
cognominat. latinorũ.xii.mus filiũ Agrippe ſuperioris regis
filius regnauit annũ.xix. qui preſidiũ albanorũ inter montes
vbi nũc Roma eſt poſuit:hui⁹ filius fuit Iuli⁹ ꝓauus Iulii ꝓculi
qui cũ Romulo Romani cõmigrans fundauit Iuliam gentem.
¶Amaſias filius Ioas añ. xxviiii. Heliſeus propheta defun= 3140
ctus ſepelitur in Samaria Azahel rex Syriæ a flixit iſrael.lati=
norum.xiii.Auentinus filius Remuli ſuperioris regis maior fi
lius: regnauit añ.xxxvii.atqꝫ in eo mente qui nunc pars vrbis
eſt mortuus ac ſepultus æternũ loco vocabulum dedit.
¶Azarias qui & ozias filius Amaſiæ añ.lii. Aſſyriorꝫ trigeſi= 3193
mus ſextus Thonos concoleros q vocatꝛ grece Sardanapalus
Tharſum atqꝫ Anchialem cõdidit: & in prœlio victus ab Ar=
boto medoſemẽ incẽdio concremauit: vſqꝫ ad id tẽpus fuiſſe
reges Aſſyriorum hiſtoria refert & fiunt ſimul anni.cxvii.Om
nes autẽ anni regni aſſyriorum a primo anno Nini ſupputãtur
in.ccxl.latinorum.xiiii.procas ſimul Auentini ſuperioris regis
filius regnauit an.xxiii.poſtquẽ.xv.Amuli⁹ ſimul añ.xliiii. Ab Finit Aſ=
arces medus Aſſyriorum Imperio deſtructo regnum in medos ſyriorꝫ re
tranſtulit.Vbi primitus ipſe regnauit añ.xxviii.Macedonũ re= gnũ Me=
gnum inchoat.primũ habens regẽ Caranũ añ.xxviii.Lacedæ dorũ in=
moniorꝫ reges deficiunt. Lydorum incipiunt.
¶Ioatham filius oziæ an.xvi. olympias prima ab heliẽſibus choat.
conſtituitur poſt troianũ excidiũ annis.ccccv. Remus & Ro= 3027
mulus generantur martæ & Ilia . Ioathã Inter cætera virtutũ
bonarũ opera portã domus domini ſublimiſſimã ædificauit

Quæ in actibus apoſtolorum ſpecioſa vocatur. Omnes ſiqui=
dem portæ templi in terra fuerunt excepta ſpecioſa quæ pen=
debat: quę ab hebræis porta vocabatur Ioatham.
3224 ¶ Achaz filius Ioatham an.xvi.ab hoc conductus theglath
Phalaſſar rex Aſſyriorum Raſin regem ſyriæ interfecit: & ha=
bitatores Damaſci tranſtulit Cyrenen. Roma condita in mon
te palatino .xi.kalen. Maii.a geminis Remo & Romulo filiis
Rheę Siluiæ: quæ erat filia numitoris fratris regis a mulii vir
go veſtalis ſed conſtuprata conſualibus ludis: Sabinæ raptæ
anno ab vrbe condita tertio: Remus rutro paſtorali a fabio
Romuli duce occiſus.
3253 ¶ Ezechias filius Achaz annis.xxviii.huius anno ſexto Sal=
maſſar rex Aſſyriorum capta Samaria tranſtulit iſrael in aſſy=
rios: in cuius regno primo Hieroboam ſteterat annis .ccc.lx.
Mortuo Romulo qui.xxxviii.annis regnauit per quinos dies
ſenatores remp.rexerunt: atque ita vnus expletus eſt ãnus poſt
quos Numa Pompilius annis.xli.qui capitolium a fundamen
tis ædificauit.
3038 ¶ Manaſſes filius Ezechiæ annis.lv.hic ob ſcelera ſua cathe=
natus: & in compedibus in babyloniam ducitur: ſed ob pæni
tentiam: & preces reſtituitur in regnum Romanorum. Tertius
Tullus regñ. Tullus hoſtilius regnauit annis.trigeſima ſecunda qui primus
regnum Romanorum purpura & faſcibus vſus eſt: et adiecto
monte cellio vrbem ampliauit.
3310 ¶ Amon filius Manaſſe annis.II.in hebraicaveritate duobus
Hiſtrus ciuitas cõdita. annis: in ſeptuaginta legitur regnaſſe. duodecimus Hiſtrus ci=
uitas in ponto cõdita. Amon a ſeruis ſuis interficitur.
¶ Ioſias filius Amon annis.xxxi.hic mundata Iudæa & Hie=
3341 ruſalem temploq; iam innouato: poſt abiectas idolatriæ ſor=
des.paſcha domino celeberrimum facit.xviii.ãno regni ſui: &
cum Nechaone ægyptiorum rege congreſſus occiditur in cã=
po mageddo: quæ nunc a maximiani polis vocatur. Romano
rum quarto. Ancus Marcius numæ ex filia nepos regnauit.an
Ancus regñ. nis.vigeſimotertio qui auentinum montem & ianiculum vrbi
addidit: & ſupra mare decimoſexto ab vrbe miliario Hoſtiam
condidit.
¶ Poſt quem Tarquinus priſcus annis.xxxvii.qui circum Ro
mæ ędificauit: numerum ſenatorum auxit. Romanos ludos
inſtituit muros & cloacas ædificauit: Capitolium extruxit. In
hebræo .xxxi.ãn.regnaſſe Ioſias in.lxx. interp̃.xxxii.legitur.

Sed & Euſebius inter regnũ eius & Ioachim aliũ de ſuo adiiecit annũ per menſes bis ternos: quibus Ioachaz vel Ioachim regnarunt. Verũ quid veritas habeat Hieremias pandit qui ſe a.xiii.anno Ioſię vſq; ad annũ quartum Ioathim. xxiii.annis ꝓphetaſſe perhibet: & Nabucdonoſor quarto anno Ioachim regnare cœpiſſe. xviiii. autem regni eius ante Hieruſalem fuiſſe deſtructam.

¶ Ioachim filius Ioſiæ an.xi.poſt Ioſiã regnauit Ioachaz fili' eius tribus mẽſibus: quem Neacho vinctũ ducens in ægyptũ Ioachim conſtituit regem. Huius anno tertio Nabucdonoſor capta Hieruſalem & plurimis captiuatis in q̃bus erant Daniel: Ananias: Azarias: & Miſahel: partem vaſoꝝ templi Babyloniam transfert. a quarto Ioachim anno ſcriptura regnũ. Nabucdonoſor cõputat: qui ex eo non ſolum chaldeis & Iudæis ſed & aſſyriis ægyptiis moabitis aliiſq; innumeris gentibus incipit regnare Ioachim qui & Iechonias fi.Ioachim mẽſibus tribus ac diebus.x.hic circundata a chaldeis Hieruſalem exiit ad regem babylonis & mater eius & deductus eſt in babylonẽ cum populo ſuo anno.viii.regni Nabucdonoſor. 3352

¶ Sedechias qui & Mathiam filius Ioſiæ an. xi. huius anno .xi.regis autẽ babylonis. xviii. Iudæa captiuata in babyloniã: & templum domini incenſum eſt anno ex quo fundari cœpit cccc.xxx. qui autem reliqui fuerũt Iudæi transfugerunt in ægyptum:qua poſt annos.v.percuſſa a chaldeis in babyloniam ſunt & ipſi tranſmigrati. 3363

¶ De quinta ætate.

¶ Quinta mũdi ætas ab exterminio cœpit regni Iudaici q̃d iuxta prophetiam Hieremie. lxx.annis permanſit.

¶ Anno decimoquarto poſtq̃ percuſſa eſt ciuitas qui eſt.xxv. 3377
annus tranſmigrationis regis Ioachim: cum quo: & Ezechiel captiuatus eſt. ipſe Ezechiel in viſionibus dei adductus in terram iſrael: vidit renouationem ciuitatis ac templi cærimoniarũq; eius.Romanorũ.vi.Seruius tullius regnauit añ. xxxviiii. qui tres montes vrbi addidit. Quirinalem: æſquilinum: viminalem: foſſas circum muros duxit: cenſus romanorum ciuium primus inſtituit.

¶ Anno.xxvi. poſt euerſionem hieroſolymarum qui eſt ãnus 3389
xxxvii. trãſmigrationis regis Ioachim ſubleuauit Euil Merodach rex babylonis anno quo regnare cęperat: caput Ioachim regis iudæ de carcere: expoſuit thronum eius ſuper thronum

regum qui erãt cum eo in babylone. Meminit huius temporis adhuc futuri propheta Hieremias ita ſcribens. Ecce ego mittam & aſſumã vniuerſas cognationes aquilonis ait dominus. Et ad Nabucodonoſor regem babylonis ſeruũ meum & adducam eos ſuper terram iſtam & ſuper habitatores eius: & ſuper omnes nationes quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos & ponam eos in ſtuporem & in ſibilum & in ſolitudines ſempiternas: & ſeruient omnes gentes iſti regi babylonis.lxx.an. Cũq; impleti fuerint anni.lxx. viſitabo ſuper gentem babylonis & ſuper gentem illa dicit dominus: iniquitatem eorum:& ſuper terram chaldeorum & ponam illam in ſolitudines ſempiternas: & alibi ſcribens: ad tranſmigrationem quã tranſduxerat Nabucodonoſor de Hieruſalem in babylonem cum Iechonia rege. Cum cœperint inquit impleri in babylone. lxx. anni viſitabo vos & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonũ: & reducam vos ad locum iſtum ait dominus. rurſus eiuſdem temporis iam preteriti verba dierum ita recordantur. Si quis euaſerat gladium ductus in babylonẽ ſeruiuit regi & filiis eius donec imperaret rex perſarum Et compleretur ſermo domini ex ore Hieremię: & celebraret terra ſabbata ſua cunctis. n. diebus deſolationis ægit ſabbatũ vſq; dũ cõplerentur. lxx. anni. Anno autem primo Cyri regis perſarum ad explendũ ſermonem domini: quem locutus fuerat per os Hieremiæ. Suſcitauit dñs ſpiritum Cyri regis perſarum &c. Quibus verbis oſtenditur quia vaſtata chaldei Iudæi non vt aſſyrii in Samariã alios miſere colonos: ſed deſertam reliquere terram donec ipſi poſt añ. lxx. in eam rediere iudæi. Conſentit his Ioſephus ia. x. antiquitatum libro. ſcribens templum & hieruſalem & omnem iudæam. lxx. annis permanſiſſe deſolatam. Qui rurſum enumerando reges babylonis. Si tamen ipſe ſic ſcripſit & non codex fallit mẽdoſus. Centum fere annos ab euerſa Hieruſalem vſq; ad euerſionem regni chaldeorũ facit colligi. ſcribit enim poſt Nabucdonoſor: qui teſte ſcriptura ſacra. xxv. poſt euerſam hieruſalẽ vixit annos Euilmerodach filiũ eius regnaſſe añ. xviii. Poſt quem Hegeſar filium eius annis. xl. cui ſucceſſiſſe filium eius Laboſordach. menſibus nouẽ. Hoc defuncto ad Balthaſar qui Naboan nuncupatur tranſiſſe imperium qui cum iam .x. &. vii. regnauiſſet annis captam a Cyro perſarum & Dario medorum rege babyloniam perſequitur. Darius autem Aſtyagas filius qui babyloniorũ deſtruxit imperium cum Cyro co-

gnato ſuo. agebat annum.lx.& ſecūdum cum babylon fuiſſet in vaſa: qui tamē alio nomine vocabatur a græcis Danielem prophetam ſumens ad ſe in mediā duxit & omni cum honore cęlebrauit. Huius Darii Daniel ipſe ita meminit. In anno primo Darii filii Aſueri de ſemine medorum: qui imperauit ſup regnum chaldeorum. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus eſt ſermo domini ad Hieremiam prophetam vt complerētur deſolationes Hieruſalem.lxx.añ. Euſebius interp. lib.xxx.añ. ab euerſione hieruſalē vſq; ad initiū Cyri regis perſarum. Iulius āt Africanus.lxx.computat.porro Hierony. in expoſitione prophetæ Danielis ita dicit. Tradūt Hebrei iudæi huiuſcemodi fabulam vſq; ad.lxx. ānū: quo Hieremias captiuitatem populi iudæorum dixerat eſſe ſoluendā. De quo & zacharias in principio voluminis ſui loquitur irritam putās dei pollicitationem Balthaſar: falſumq; promiſſum verſus in gaudiū fecit grāde cōuiuiū inſultās quodāmodo ſpei iudeorum: & vaſis templis dei. Sed ſtatim vltio conſecuta eſt.

¶ Perſarū primus Cyrus regñ.añ.xxix.hic vt impleretur verbū dñi ex ore Hieremiæ primo ſui regni anno laxata hebreorum captiuitate.l.ferme hominū milia regredi fecit iudæā: reſtituēs eis vaſa templa domini aurea & argentea.v.cccc. Qui congregati in hieruſalem menſe ſeptimo ædificauerunt altare & a primo die menſis eiuſdem cœperunt offerre holocauſtum domino. Anno autem ſecundo aduentus ſui menſe ſecundo tēpli fundamenta iecerunt. Anno incenſionis eius iuxta Africanū.lxxii. Iuxta autem chronica Euſebii.xxxii.ſed impedientibus ſamaritis intermiſſum eſt opus vſq; ad annum Darii ſecundum qui etiam Aſueri in regno. Et Artaxerſis ſcripſerunt accuſationē aduerſum Iudæos: & reſcripſit Artaxerſes ne ædificaretur Hieruſalē. Romanorum.vii. Tarquinus regñ. añ.xxxv. Qui cā Sex. Tarquini iunioris filii ſui. qui Lucretiam corruperat a regno expulſus eſt.

3423

740

Regnat romæ targ.ſup.

¶ Cambyſes Cyri filius añ.viii. hic deuicta Aegypto cūctam eius religionem abhominatur cæremonias eius & templa depoſuit: babylonem in ægypto ædificauit. Hunc aiunt ab hebræis ſecundum Nabucdonoſor vocari. Sub quo Iudith hiſtoria conſcribitur. 3431

¶ Tres magi mēſibus.vii. Ieſus ſacerdos magnus & princeps gētis zorobabel aggeus zacharias & Malachias ꝓphetæ clareſcunt: Pythagoras phyſicus philoſophus clarus habetur. 3432

3468 ¶ Darius an̄.xxxvi.inter Darium & Cambiſen regnaſſe duos fratres magos in libris chronicorum Euſebii repperimus. Verum Hieronymus in expoſitione Danielis ſcribit poteſt Cambiſen Smedem magnum regnaſſe Qui pantapten inquit filiam Cambiſis duxit vxorem. Qui cum a.vii.magis fuiſſet occiſus & in locum eius Darius ſuſcepiſſet imperium Eadem pantaptes nupſit Dario:& ex eo Xerxen filium genuit. Secundo anno Darii.lxx.captiuitatis Hieruſalem annus impletur: vt vult Euſebius teſtem adhibens zachariam prophetam: apud quem ſecundo Darii anno loquitur angelus. Domine exercituū vſqꝫ quo tu non miſereberis Hieruſalem & vrbium Iuda quibus iratus es.iſte.lxx.annus eſt.

Pantap.

¶ Item quarto Darii regis anno dicit Idem propheta cum ieiunaretis & plangeretis per hos.lxx.annos Nunquid ieiuniū ieiunaſtis mihi.Sexto Darii anno Templi ædificatio completur:die tertia menſis Adar qui eſt.xl.ſextus annus ex quo eius ſub Cyro fundamenta ſunt iacta.Vnde in euangelio dicunt Iudei.cxl.& in annis ædificatum eſt templum hoc.Cœperunt autem ædificare anno ſecundo Darii menſe ſexta die. xxiiii. Et anno ſexto vt dictum eſt menſe.xii.die tertia compleuerunt ex quo apparet opus templi:& antea non parua ex parte per actū Annos aūt.xx.a deſtructione illius vſqꝫ ad pfectam reſtaurādi licentiā eſſe cōputandos. Pulſis vrbe regibus cōparauerūt an̄. ccxliii.vix vſqꝫ ad.xv. lapidē Roma tenebat imperiū. Romæ poſt exactos reges primū cōſules a Bruto eſſe cœperūt.Deinde tribuni plebis ac Dictatores.Et rurſum cōſules remp.obtinuerunt per annos ferme.cccclxiiii.vſqꝫ ad Iuliū Cæſarē: qui primus ſingulare arripuit imperium olympiade.clxxxiii.

3488 ¶ Xerſes filius Darii an̄.xx.hic ęgyptum q̄ a Dario diſceſſerat capit & aduerſus græciam pugnaturus.Dcc.milia armatorum de regno:&.ccc.de auxiliis: roſtratas & iam naues mille ducētas:onerarias aut tria milia numero habuiſſe narratur.Attamē victus patriam refugit.

zeuſis ¶ Herodotus hiſtoriarum ſcriptor. zeuſis pictor agnoſcitur.

3489 ¶ Artabanus menſibus.vii. Socrates naſcitur.

3529 ¶ Artaxerſis qui & longi manus idem.an̄. xl.huius anno.vii. prima die menſis primi ezra ſacerdos & ſcriba legis dei.aſcendit de babylone cum epiſtolis regis.Et in prima menſis quinti venit in hieruſalem cum viris.M.Dcc.Et inter alia ſtrenue geſta caſtigauit filios tranſmigrationis ab vxoribus aliegenis.

Eiuſdem anno.xx.Neemias pincerna de ſuſis caſtro adueniẽs
murum hieruſalem.lii.diebus reſtituit & ducatũ genti.xii. añ.
prebuit. Hucuſq; diuina ſcriptura temporum ſeriem continet
quæ vero poſt hæc apud iudæos ſunt geſta.

¶De libro Machabeorum : & Ioſeph atq; Aphricani ſcriptis
exhibentur qui deinceps vniuerſam hiſtoriam vſq; ad Roma=
na tempora ſubſecuti ſunt.

¶Et quidam Aphricanus in quinto temporum volumine hu
ius temporis ita meminit. Manſit itaq; imperfectum opus vſq;
ad Neemiã &.xx.annũ regis Artaxerſis Quo tempore regni.ꝑ
ſarum.c.&.xv.anni fuerunt euoluti: captiuitatis ante hieruſa=
lem.clxxxv.annus erat.Et tunc primũ Artaxerſes iuſſit muros
extrui hieruſalem: cui operi prefuit Neemias : & ædificata eſt
platea:& muri circũdati : & ex illo tempore ſi numerare velis
lxx.annorũ hebdomadas vſq; ad xp̄m poteris inuenire.

¶Xerſes menſes duos poſtquem ſogdianus menſes.vii.Plato 843
naſcitur.Hippocrates medicus inſignis habetur. Plato

¶Darius cognomento Nothus añ.xix.ægyptus receſſit a per Hippo=
ſis. Reuerſis de captiuitate iudeis nõ reges ſed pontifices pre= crates.
fuerunt:vſq; ad Ariſtobulum.Qui cum dignitate pontificis & 3548
iam regale ſibi cœpit vſurpare vocabulum. 3388

¶Artaxerſes qui congnominatus eſt Mnemen Darii & pari= 848
ſatidis filius añ.xl. Sub hoc rege videtur Heſter hiſtoria com= 24.lr̃e
pleta.Ipſe quippe eſt qui ab hebræis Aſuerus: & a.lxx.interp̄= Bellum
tibus Artaxerſes vocatur.Athenienſes.xxiiii.litteris vti cœpe Carth.
runt cũ antea.xvi.tm̃ litteras haberent. Carthaginẽſium bellũ Galli
famoſum.Galli Senones Duce brenno Romam inuaſerunt ex Senones
cepto capitolio & incenſam ſex menſibus vaſtauerunt.Tribu= Tribu.
ni militares pro conſulibus eſſe cœperunt. Ariſtoteles auditor milit.
eſt platonis.xviii. ætatis annum agens. Ariſtote.

¶Artaxerſes qui & ochus añ.xxvi. iſte ægyptum ſuo iunxit Plato
imperio.Nactanabo rege in æthiopiam pulſo in quo ægyptio diſci.
rum regnum deſtructum eſt. Demoſthenes orator omnium ru 3614
more celebratur. Romani Gallos ſuperant plato moritur:poſt 853
quem academiam ſpeuſippus tenuit. Demo=

¶Arres ochi filius añ.IIII.Iudæorum pontifex maximus Iad ſthenes
dus clarus habetur:cuius frater Manaſſes templum in monte Plato
ganzirim conſtruit. Speuſippus moritur : cui ſuccedit Xeno= morit̃.
crates.Quarto Alexander anno ochus philippi & olympiadis Speuſip=
filius.xx.ætatis annum gerens macædonibus regnare incipit pus

3624 ¶ Darius Arſami filius añ.vi.Alexander aduerſum illyries &
Thracas fæliciter dimicans ſubuerſis thebis in pſis arma cor=
ripuit.Et apud granicũ flumen regis ducibus oppreſſis vrbem
ſardis capit.Idem capta Tyro iudæã inuadit aqua fauorabili=
ter exceptus deo victimas immolat.Et pontificem templi iad
dum honoribus plurimis ꝓſequitur.Andromacho locorũ cu=
ſtode dimiſſo.vii.regni ſui anno Alexandriam in ægypto cõ=
didit: nec mora babylonẽ obtinuit.Interfecto Dario in quo ꝑ
ſarum regnũ deſtructum eſt quod ſteterat annis.ccxxxi.quo tẽ
pore & iam latini a Romanis perdomiti ſunt.
3629 ¶ Alexander poſt mortem Darii.añ.v.regnauit: nã antea.vii
Alexander hyrcanos & Mardos capit reuertenſq; in ammone
condidit prætonium: idem indicũ vſq; occeanũ victoriis po=
tius q̃ bellis peruenit. Ac babylonem reuerſus.xxxv.vitæ. Re=
gni autem ſui.xii.anno veneni hauſtu periit.Poſt quem tranſla
to in multos imperio.Aegyptum ptolemæus lagi filius tenuit
Macædonas Philippus qui & Aridæus frater Alexandri.Syriã
& Babylonẽ & oia regna orientis Seleucus nicanor: Aſiæ re=
gnauit Antigonus. Qui apud Danielẽ per quattuor hirci qui
arietem contereret cornua deſignantur.
669 ¶ Aegypto primus regnauit ptolemæus Lagi filius añ.xl.Ap
pius Claudius cæcus romæ clarus habetur. Qui aquã claudiã
induxit : & viam appiam ſtrauit ptolemæus Hieroſolymis &
Iudæa inditionẽ ſuam dolo redactis plurimos captiuorum in
ægyptum tranſtulit.Iudæorũ pontifex maximus Onias Iaddi
filius clarus habetur.xiii.ptolemæi anno Syriæ & Babyloni &
Superiorib⁹ locis regnare Incipit Seleucus Nicanor. Aquo tẽ
pore Machabeorũ hebrȩa hiſtoria græcorũ ſupputat regnũ: a
quo & erſeni ſua tempora cõputant Seleucus Seleuciam:Lao=
diciam:Anthiochiã:Apaniã:Ederſam: Beroeam: & pellam vr
bes condidit. Iudæorũ pontifex maximus religioſiſſimus ac
piiſſimus Simon oniȩ filius clarus habetur. Poſtquem Eleaza
rus frater eius ſuſcepit templi miniſterium filio eius onia par=
uo admodum derelicto.Seleucus in eas vrbes quas extruxerat
iudæos tranſfert.Luſeis ciuium & municipalem ordinem cum
græcis æquali honore concedens.
3077 ¶ Poſt Philadelphus añ.xxxviii. Soſtratus Enidius farum in
gothorum romā obtinuit: quā ex eo tempore diutius eorū reges tenuere: mortuo Theoderico Triari filio. Alius Theodericus cognomento valamer gothoꝝ ſuſcepit regnū. Qui vtrāq; Macedoniam Theſaliāq; depopulatus eſt. Et plurima regiæ

ciuitatis loca igne ſuccēdens italiam quoq; infeſtus occupauit. Honoricus rex vandalorum arrianais in aphrica exulatis diffugatiſq; pluſq̄.cccxxxiiii.ep̄is catholicis: eccleſias eorum clauſit plebem variis afficit ſuppliciis. Et quidem innumeris manus abſcidens linguas precidit:nec tamē loquelam catholicæ confeſſionis erripere potuit. Brittones duce Ambroſio Aureliano viro modeſto q ſolus forte Romanæ gentis ſaxonum cędi ſuperfuerat occiſis in eadem parentibus purpura indutis victricem eorum prouocantes ad prœliū vincunt : & ex eo tempore nunc hi nunc illi palmam habuere donec ad vena potentior tota per longum petiretur inſula.

¶ Anaſtaſius an̄.xxviii. Tranſamūdus vandalo℞ rex catholicas eccleſias clauſit:&.ccxx.epiſcopos exilio ſardyniam miſſit Symmachus papa inter multa eccleſiarum opera quæ vel a fūdamentis creauit : vel priſca renouauit ad Beatum Petrum & beatum Paulum:& beatum Laurentium pauperibus habitacula conſtruxit:& omni anno per Aphricam:vel ſardyniam ep̄is qui in exilio erāt pecunias & veſtes miſtrabat. Anaſtaſi⁹ q hęreſi fauēs eutychitis catholicos inſecutus eſt diuino fulmīe p̄iit. 4472 Tranſamundus Symachus papa.

¶ Iuſtinus ſenior an̄.viii. Ioannes Romanæ eccleſiæ pontifex conſtantinopolim veniens ad portam quæ vocatur aurea populorum turbis ei occurrentibus in conſpectu omnium roganti cæco lumen reddidit. Qui dum rediens rauennam veniſſet Theodoricus eum cū comitibus carceris afflictione peremit inuidia ductus quia catholicæ pietatis defenſor. Sed Iuſtinus cū honorifice ſuſcepiſſet quo loco cōns probū virū & ſymmachū patriciū rauēnatē occiderat. Et ipſe anno ſequēte ibidē ſubita morte periit ſuccedēte in regnū Athalarico nepote eius. 4480 Athalarico.

¶ Hildericus vandalorū rex epiſcopos ab exilio reuerti & eccleſias inſtaurare precepit: poſt annos. Lxxiiii. hęreticæ ꝓphanationis Benedictus abbas virtutū gloria claruit: quas beatus papa Gregorius in libro dialogo℞ ſcripſit. Bene. abbas

¶ Iuſtinianus Iuſtini ex ſorore nepos an̄ .xxxviii. biliſarius patricius a Iuſtiniano in aphricam miſſus viſandalorum gentem deleuit. Carthago quoq; anno exceſſionis ſuæ .xcvi. recepta eſt pulſis deuictiſq; vandalis : & Geliſmero rege eorum capto conſtantinopolim miſſo. Corpus ſancti Antonii monachi diuina reuelatione repertum Alexādriam defertur:& in eccleſia beati baptiſtæ Ioannis humatur Dionyſius paſchales ſcribit circulos incipiens ab āno dominicæ incarnatiōis. Dxxxii. qui 4518 Geliſmerus. Corpus ſan. An. monachi

eſt annus Diocletiani.cclviii. poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis:quo anno codex Iuſtinianus orbi promulgatus eſt.Victor quoq; capuanorũ epiſcopus librũ de paſcha ſcribẽs victorii arguit errores.

4529 ¶Iuſtinus minor añ.xi.Narſis patricius totilam Gotthorum regem in italia ſuperauit: & occidit.Qui deinde per inuidiam Romanorũ pro quibus multa contra Gothos laborauerat:accuſatus apud iuſtinum & coniugẽ eius ſophiam quod ſeruitio pemeret in italiã: ſeceſſit neapolim cãpaniæ: & ſcripſit genti longobardorũ vt venirent & poſſiderent italiã añ.dñi Incarnatus.Dlxvi.inditione.xiiii.mẽſe octobris.Ioannes Romanæ eccleſiæ pontifex eccleſiam apoſtolorũ philippi & Iacobi quã preceſſor eius pelagius cœperat perfecit & dedicauit.

Sophia cõiunx Iuſt.

4536 ¶Tyberius cõſtantinus añ.vii.Gregorius tunc apochyſarius in conſtantinopolim poſt romanus ẽps: libros expoſitionis in Iob condit:& Eutychium eiuſdẽvrbis ẽpm in fidæ noſtræ reſurrectionis erraſſe tyberio pñte conuicit. Ita vt ipſe auguſtus liberum eius quẽ de reſurrectiõe ſcripſit ſuis quoq; catholicis allegationibus deſtruens deliberaret flãmis cremari debuiſſe. Docebat enim idẽ Eutychius corpus noſtrũ in illa reſurrectionis gloria impalpabile & ventis arriq; ſubtilius eſſe futurum: contra illud Dominicum palpate & videte quia ſpiritus carnẽ & oſſa non habet: ſicut me videtis habere. Gens longobardorum comitante fame & mortalitate omnẽ inuadit Italiam ipſamq; romanam vaſtatrix obſidet vrbem: quibus tempore illo rex præerat albuinus.

Eutyci⁹ epũs.

4558 ¶Mauricius añ.xxi. Hirminigildus leuigildi Gothorũ regis filius ob fide catholicæ cõfeſſionem inexpugnabilem a patre arriano regni priuatus in fulis & carcerem ac vincula proiect⁹ ad extremũ nocte ſancta dominicæ reſurrectionis ſecuri in capite percuſſus regnum cæleſto pro terreno rex & martyr Intrauit. Cuius frater Ricardus mox vt regnum poſt patrem accepit omnem Gothorum cui præerat gentem inſtante Leandro hiſpolitano ẽpo: qui & hirmilgidum docuerat catholicam cõuertit ad fidem: Gregorius Romanæ eccleſiæ pontifex & doctor eximius anno Mauritii imperii.xiii.indictione.xiii.Synodum epiſcoporum.xxiiii. ad corpus beati Petri apoſtoli.congregans de neceſſariis eccleſiæ decernit. Idem miſſis in britanniam Auguſtinos mellito & Ioanne & aliis pluribus cum eis monachis timentibus deum:ad xp̃m angelos conuertit:&

Hirminigildus. Leuigildus

Leander

Grego. docto. ãno dñi. incarna. Dxc.

quidem ædilberectus mox ad xp̄i gratiam conuerſus cum gē te cantuariorū:cui preerat proximiſq; prouinciis: & iam ep̄m doctoremq; ſuum Auguſtinū & cæteros ſacros antiſtites epiſ copali ſede donabat porro gentes anglorum ab aquilone hū= bri fluminis ſub regibus ælle. & ędilfridoſtæ qui necdum ver bum vitæ audierāt. Gregorius.xviii.anno Mauricii Ind̄.iiii. ſcribens auguſtino lugduni quoq; & aboraci ep̄os accepto a ſede apoſtolica pallio metropolitanos eſſe debere decernit. Anno D.icarnatio. 597

⁋ Phocas an̄.viii.huius ſecūdo anno Ind̄.viii. Gregorius papa migrauit ad dominū.hic rogante papa bonifacio ſtatuit ſedem Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ caput eſſe oīum eccleſiarū. Quia eccleſia cōſtantinopolitana primo ſe oīum eccleſiarū ſcribebat. Idē alio papa bonifacio petente iuſſit in vęteri fano quod pantheū vocabatur: ablatis idolatrię ſordibus eccleſiam beatæ ſemp virginis mariæ & omniū martyrum fieri. Vt vbi quondam omnium non deorum ſed demoniorum cultus agebatur. Ibi deinceps omnium fieret memoria ſanctorū pſe aduerſus remp. grauiſſima bella gerentes multas romanorum prouincias: & ipſam hieroſolymam conterunt: & deſtruentes eccleſias: ſancta quæq; prophanātes item ornamenta locorū vel ſanctorū cōmunia quæq; abſtulere & iam vexillum dominicæ crucis abducunt. 4565 Grego. papa moritur.

⁋ Heraclius an̄.xxvi. Anaſtaſius perſa monachus nobile pro chriſto martyrium patitur: qui natus in perſide magicas a patre puer artes diſcebat: ſed vbi a captiuis chriſtianis chriſti nomen acceperat. In eum mox animo toto conuerſus: relicta pſide calcidoniam hierapolimq; chriſtum quærens: Ac deinde hieroſolimā petit: vbi accepta baptiſmatis gratia. Quarto ab eadem vrbe miliario monaſterium abbatis Anaſthaſii intrauit ibi.vii.annis regulariter viuens Dum Cæſareā paleſtinæ orationis gratia veniſſet capt⁹ a pſis: & multa diu verberat Inter carceres & vincula Mazabona iudice perpeſſus. Tandē mittitur perſidem ad regem eoꝝ choſronē a quo tertio per interualla tēporis verberatus: ad extremū vna ſuſpenſus manu p tres horas diei ſic decollatus cū aliis.lxx. martyriū cōpleuit. Mox tunica eius indutus quidā demoniacus curatus eſt. In terra ſu perueniēs cū exercitu heraclius princeps ſuperatis pſis chriſtianos qui erant captiuati reduxit gaudentes. reliquiæ beati martyris Anaſtaſii primo monaſterium ſuum deinde Romam aduectæ venerantur in monaſterio beati Pauli apoſtoli quod 4591

dicitur ad aquas ſaliuas ãno Heraclii regni.xvi. in dictis. xv
Edumi excellẽtiſſimus rex anglorꝫ in britãnia tranſumbranæ gentis ad aquilonem: ꝑdicante Paulino epiſcopo quẽ miſerat Decantio venerabili archiepõ iuſtus. Verbum ſalutis cum ſua gente ſuſcepit anno regni ſui vndecimo. aduentus aũt anglorũ in britanniã plus minus añ. cc. xxx. ei quæ Paulino ſedem epiſcopatus eburaci donauit. Cui profecto regi in auſpicium venture fidei & regni cœleſtis: poteſtas quoqꝫ terreni creauerat regni Ita vt vniuerſas britãniæ fines: quod nemo anglorꝫ ante eũ fecerat quos vel ipſorũ vel britonũ gentes habitabant ſubditione acciperet: eo tempore exortum apud ſcottos in obſeruationem paſchę errorem quatuordecim annorum Honorius papa per epiſtolam redarguit. Sed & Ioannes qui ſucceſſori eius Seuerino ſucceſſit: cum adhuc eſſet electus in pontificatum: pro eodem paſcha eis ſimul & pro pelagiana hæreſi: quæ apud eos reuiuiſcebat ſcripſit.

4593 Cyrus Seruius &Pyrrh⁹ epi. Theod. ¶ Heraclonas cũ matre ſua martina añ.ii. Cyrus Alexãdriæ Seruius: & Pyrrhus regię vrbis epi: acephalorꝫ hæreſim inſtaurantes vnã operationẽ in xp̃o diuinitatis: & humanitatis vnã volũtatẽ dogmatyzant: e quibus Pyrrhus his tẽporibus: idem ſub Theodoro papa Romã veniens ex aphrica ficta: vt poſt apparuit: pœnitentia obrulit eidẽ pape: p̃nte cũcto clero & populo libellũ cũ ſua ſubſcriptione. In quo cõdẽnarẽtur oĩa quæ a ſe vel a precesſoribus ſuis ſcripta vel acta ſunt aduerſus catholicã fidẽ: vñ & benignę ſuſceptus eſt ab eo quaſi regiæ pontifex erat ciuitatis: ſed cũ reuerſus domũ repetiit: & errorem domeſticũ memoratus eſſet papa Theodorus aduocatis cũctis ſacerdotibus & clero in eccleſia beati Petri apoſtolorũ principis: condẽnauit eum ſub vinculo Anathematis.

4594 ¶ Conſtantinus filius Heraclii mẽſibus. vi. Pyrrhi ſucceſſor Paulus nõ tantũ væſana doctrina ſicut deceſſores eius ſed & aperta pſecutione catholicos cruciat Apochyſarios enim ſanctæ eccleſiæ romanæ qui ad eius correptionẽ miſſi fuerãt partim carceribus partim exiliis: partim verberibus afficiẽs. Sed & altare eorꝫ in domo placidię ſacratum in venerabili oraculo ſubuertens diripuit. Prohibens eos ibidem miſſas celebrare: vñ & ipſe: ſicut preceſſores illius: ab apoſtolica ſede iuſta depoſitionis vltione damnatus eſt.

4625 Heracli⁹ Sergius ¶ Conſtantinus filius Conſtantini añ. xxviii. hic deceptus a Paulo ſicut Heraclius auus eius a Sergio eiuſdẽ regiæ ciuitatis

ep̄o expoſuit typū aduerſus catholicā fidē: nec vnā nec.ii.vo
lūtates aut operationes in xp̄o diffiniēs eſſe cōfitendas: quas
nihil velle vel operari credendus ſit xp̄s vñ Martinus papa cō
gregata Romæ ſynodo.cv.ep̄orū dānauit ſub anathemate p̄=
fatos: Cyrum: Sergiū: Pyrrhū & Paulū hæreticos:& poſt hęc — Cyrus
miſſus ab imperatore. Theodorus Hexarchus tulit Martinum — Sergius
papam de eccleſia cōſtantiniana perduxitq; cōſtātinopolim:q — Pyrrh⁹&
poſt hæc relegatus in cherſoneſo ibidem vitā finiuit. Multis — Paulus
in eodē loco virtutū ſignis vſq; hodie refulgens.Facta eſt autē — Theod.
Synodus p̄fata anno imperii Cōſtantini nono: menſe octobri — Hexarc.
Inditione.viii.Cōſtantinus princeps Vitaliano papa nup ordi — Vitalian̄.
nato miſſit beato Petro apoſtolo euangelia aurea gēmis albis — papa
mirę magnitudinis in circuitu ornata. Et poſt aliquot annos
idē p i dic. vi. veniens Romā obtulit ſup altare ipſius palium
auro textile : toto exercitu cū cereis eccleſiā intrante. Sequēte
āno facta eſt eclypſis ſolis quā nr̄a ætas meminit quaſi. x.hora — Eclypſ.
diei.v.nonas Maii.Theodorus archiep̄s & Adrian⁹ abbas vir — ſolis.
æque doctiſſimus : a Vitaliano miſſi in britanniam plurimas — Theodo
eccleſias anglorum doctrinæ eccleſiaſticæ frugæ fecūdarunt. — rus & A=
Conſtantinus poſt plurimas & in auditas depredationes pro= — drianus.
uinciis factas occiſus in balneo:periit Indic.xii.nec lōgo poſt
tempore & iam Vitalianus papa cœleſtia regna petiit.
¶Conſtantinus filius Conſtantini ſuperioris regis an̄. xvii. 4639
Saraceni ſiciliam inuadunt: & preda nimia ſecum ablata mox
Alexandriā redeūt.Agatho papa ex rogatu Cōſtātini Heraclii
& Tyberii principū piiſſimorū: miſſit in regiā vrbem legatos
ſuos: in quibus erat Ioannes Romanæ eccleſiæ tunc diac. nō
longe poſt ep̄s pro adunatione faciēda ſanctarū dei eccleſiaꝝ
qui benigniſſime ſuſcepti reuerētiſſimo fidei catholice defen=
ſore Conſtantino.Iuſſi ſunt remiſſis diſputationibus philoſo=
phicis pacifico colloquio de fide vera ꝑquirere . Datis eis de
bibliotheca conſtantinopolitana cūctis antiquoꝝ patrū quos
petebant libellis. Ad fuere aūt ep̄i.cl.p̄ſidente Georgio patri= — Georgi⁹
archa regiæ vrbis: & antiochiæ Macario & conuicti ſunt qui — papa
vnā volūtatē & operationē aſtruebant in chriſto. Falſa eſſe pa — Macari⁹.
trū catholicoꝝ dicta per plurima: finito aūt cōflictu Georgi⁹
correctus eſt.Macarius vero cū ſuis ſequacibus ſimul & p̄ceſ=
ſoribus Cyro Sergio: Honorio Pyrrho: Paulo: & Petro Ana=
thematizatus : & in locum eius Theophanius abbas de ſicilia
Antiochiæ ep̄s factus: tantaq; gratia legatos catholicæ pacis — Theo=

 — phani⁹

Ioānes epūs.

comitata eſt. Vt Ioannes portuēſis epiſcopus qui erat vnus ex ipſis dominica octauo paſchæ miſſas publicas in eccleſia ſanctę Sophię corā principe patriarcha latinæ celebraret. hæc eſt ſexta ſynodus vniuerſalis cōſtantinopoli celebrata: & Græco ſermone conſcripta tēporibus pape Agathonis: & ſequēte ac reſidēte piiſſimo principe Cōſtātino intra palatiū ſuū ſimulq; legatis apoſtolicę ſedis & ep̄is. cl. reſidentibus.

Primam Sy. t̄pe iulii pape. Secunda Sy. tēpore damaſi pape. Tertia ſi. t̄pe Celeſtini p̄p̄. Quarta Sy. tēpore leonis pape. Quinta Si. t̄pe vigilii p̄p̄. Sexta ſy. ediltrida Annæ filia regis anglorū Hętfrido 4649

¶ Prima enim vniuerſalis ſynodus nicęna congregata eſt cōtra Arrium. cccxviii. patrum temporibus Iulii pape ſub Conſtantino principe.

¶ Secūda in Cōſtantinopoli. cl. patrū cōtra Macedonium & Eudoxium temporibus Damaſii pape & Gratiani principis. quando nectarius eidem vrbi eſt ordinatus ep̄s.

¶ Tertia in epheſo: cc. patrū cōtra Neſtorium auguſtæ vrbis ep̄m ſub Theo. magno principe: & Pa. cæleſtino.

¶ Quarta in calcedone patrum. Dcxxx. ſub Leone papa temporibus Martiniani principis contra Eutycheo nephandiſſimorum præſulem monachorum.

¶ Quinta item in conſtantinopoli temporibus Vigilii pape: ſub Iuſtiniano principe cōtra theodorꝫ & oēs hæreticos.

¶ Sexta hæc de qua in p̄nti diximus: Tunc ſancta & ꝑpetua virgo Chriſti Egiltrudis filia Annæ regis anglorꝫ & primo viro ꝑ magnifico & poſt Hætfrido regi coniunx data poſt quā .xii. añ. torū incorrupta ſeruauit maritalē: poſt reginā ſumpto velamine ſacro: virgo ſanctimonialis efficitur. Nec mora & iā virginū mater & nutrix pia ſanctarū. Accepit locū in cōſtruendum monaſteriū quem Cilge vocant. Cuius merita viuæ teſtatur & iam mortua caro. quæ poſt. xvi. añ. ſepulturæ: cum veſte qua inuoluta eſt: incorrupta repperitur.

¶ Iuſtinianus minor filius Cōſtātini añ. x. hic cōſtituit pacem cū ſaracenis decennio terra mariq;: ſed & prouincia aphrica ſubiugata eſt Romano imperio q̄ fuerat tenta a ſaracenis. Ipſa quoq; Carthagine ab eis capta & deſtructa. Hic beate mēoriæ pontificē romanę eccleſię Sergiū quia heraticæ ſuę Synodo quā cōſtātinopoli fecerat fauere & ſubſcribere noluiſſet: miſſo zacharia protoſpatario ſuo iuſſit conſtantinopolim deportari. Sed ꝑuenit militia rauēnatæ vrbis: vitinarūq; partiū iuſſa principis nephanda: & eundē zachariam cōtumeliis & iniuriis ab vrbe Roma pepulit. Idem papa Sergius ordinauit venerabilē virū Vilbrordum cognomine Clementē freſonū genti ep̄m.

In qua vſq; hodie pro æterna patria peregrinus eſt de britānia enim gentis anglo⁊ Innumera quotidie diabolo detrimenta & xp̄ianæ fidei facit augumenta. Iuſtinianus ob culpā perfidi regni gloria priuatus exul in pontum ſecedit.

¶ Leo añ.iii.papa Sergius in ſacrario beati Petri apoſtoli cap ſam argenteam quę in angulo obſcuriſſimo diutiſſime iacue= rat & in ea crucē diuerſis ac p̄cioſis lapidibus adornatā dño reuelāte repperiit.De qua tractis quattuor petallis qbus gēmę incluſæ erāt miræ magnitudinis portionē ligni ſalutiferi do= minicæ crucis interius repoſitam inſpexit.Quæ ex tēpore illo annis oībus in baſilica ſaluatoris q̄ appellatur conſtantiniana die exaltationis eius ab omni oſculatur atq; adoratur populo Reuerendiſſimus eccleſiæ lindiſſarnēſis in britānia ex ancho= rita antiſtes eudbertus totā ab infantia vſq; ad ſeniū vitā mi= raculo⁊ ſignis inclitā duxit. Cuius dū.xi.annos maneret cor pus humatum incorruptū poſt hæc quaſi eadē hora defuncti ſimul cū veſte qua tegebatur inuentū eſt: ſicut in libro de eius vita ac virtutibus: & proſa nuper & hexametris verſibus ſcri= pto ante aliquot annos ipſi ſignauimus. 4652

¶ Tyberius añ.vii.ſynodus Aquileię facta ob imperitiā fidei: Quintū vniuerſale conciliū ſuſciperet diffidit. donec ſaluta= ribus beati pape Sergii monitis inſtructa. & ipſa huic cū cæte ris xp̄i eccleſiis annuere cōſentit.Giſulfus Dux gētis lōgobar do⁊ beneuenti campaniā igne gladio & captiuitate vaſtauit. Cūq; nō eſſet qui eius impetui reſiſteret Apoſtolicus papa Ioā nes qui Sergio ſucceſſerat miſſis ad eū ſacerdotibus ac dona= riis p plurimis vniuerſos redemit captiuos atq; hoſtes domū redire fecit. Cui ſucceſſit alius Ioannes qui inter multa opetū illuſtriū fecit oratoriū ſanctæ dei genitrici opere pulcherrimo intra eccleſiā beati apoſtoli Petri.Herebereċtus rex longobar= dorū multas cohortes & patrimonia alpiū cottiarū q̄ quondā Ad ius pertinebant apoſtolicę ſedis ſed a longobardis multo tempore fuerant ablata reſtituit iuri eiuſdem ſedis & hanc do natione aureis ſcriptam litteris Romam dirrexit. 4659

Giſulfus dux. Papa Ioānes

Herebe= rect⁹ rex.

¶ Iuſtinianus ſecundo cum Tyberio filio añ. vi. hic auxilio Terbelli regis Vulgaro⁊ regnū recipiens occidit eos qui ſe ex puluere pr̄icios. Et Leonē qui locū eius vſurpauerat necnō & ſucceſſorem eius Tyberium qui eū de regno diiectum toto qđ ipſe regnabat tēpore in eadē ciuitate in cuſtodia tenuerat.Cal linicū vero pr̄iarchā erutis oculis miſſit Romā & dedit ep̄atū 4665

Terbell⁹ rex.

Callinic⁹

Conſt. papa Cyrro qui erat abbas in ponto eũq; alebat exulem. Hic conſtã tinum papam ad ſe venire iubens honorifice ſuſcepit ac remiſ ſit. Ita vt eum die Dñica miſſas ſibi facere iubens communio nem de manu eius acceperit: quem proſtratus in terra pro ſuis peccatis intercedere rogans cuncta eccleſię priuilegia renoua uit. Qui cum exercitum mitteret in pontum multum prohibẽ te papa apoſtolico ad comprehendendum Philippicum: quem ibi relegauerat. Conuerſus omnis exercitus ad partem philip pici fecit eum ibidem imperatorem. Reuerſuſq; cum eo conſtã tinopoli pugnabit contra iuſtinianũ ad. x. ab vrbe miliarium: Et victo atq; occiſo Iuſtiniano regnũ ſuſcepit phylippicus.

4667 ¶ Philippicus añ. i. menſes. vi. hic eiecit Cyrum de pontifica tu: eũq; ad gubernandũ abbatis iuræ monaſteriũ ſuum pontũ redire precepit: idem cõſtantino pape miſit litteras praui dog matis: Quas ille cum apoſtolicę ſedis concilio reſpuit: & hui⁹ rei cauſa: fecit picturas in porticu ſancti Petri: q̃ acta Sanctarũ ſynodorum vniuerſalium continerent. Nam & hmõi picturas cum haberentur in vrbe regia philippicus iuſſerat auferri. Sta tuitq; populus romanus ne hæretici ĩperatoris nomẽ aut char tas aut figurã ſolidi ſuſciperent. Vñ nec eius effigies in eccleſia introducta eſt nec nomẽ ad miſſarum ſolẽnia prolatum.

4670 ¶ Anaſtaſius añ. III. hic philippicum captum oculis priuauit: nec occidit idem litteras conſtantino pape Romã per ſchola ſticum patricium & hexarcum italiæ dirrexit. Quibus ſe fauto rem catholicæ fidei & ſancti ſexti concilii predicatorem eſſe docuit. Liutbrandus rex Longobardorum donationem patri monii alpium cottiarum quam Herebrectus rex fecerat. Et ille repetierat ãmonitione venerabilis pape gregorii cõfirmauit.

Liutbrandus rex.

Berectus ¶ Hæc Berectus vir ſanctus de gente Anglorum & ſacerdo tium mõachica vita: & iam pro cœleſti patria peregrinis exor nans. Plurimas ſcoticę gentis prouincias ad canonicam paſ chalis tẽporis obſeruantiã: a qua diutius ob errauerant pia p̃ dicatione cõuertit. Anno ab incarnatiõe domini. Dccxvi.

¶ Theodoſius añ. I. hic electus in imperatorẽ Anaſtaſium ap̃
4671 niceam ciuitatem graui prelio vicit. Datq; ſibi ſacramento cle ricum fieri: ac preſbyterum fecit ordinari. Ipſe vero vt regnũ accepit: cum eſſet catholicus mox in regia vrbe imaginem il lam venerandam in qua ſancte ſex Sinodus erant depictæ: & a philippico fuerãt deiectę priſtino in loco errexit Tyberis flu uius alueum ſuum egreſſus multa Romanę fecit exitia ciuitati

De tyberis.

Ita vt in via lata ad vnam & ſemis ſtaturam excreſceret: atq;
a porta ſancti Petri vſq; ad pontemolinũ aquę ſe diſcendẽtes
coniungerent.manſit autem diebus.vii.donec agentibus leta
nias crebras ciuibus:octauo demũ die reuertitur.His tempori
bus multi anglorum gentis nobiles & ignobiles viri & fæmi-
ne: duces & priuati diuini amoris inſtinctu de britannia Ro-
mam venire conſuerant.Inter quos & iam reuerentiſſimorum
Abbameus Ceolfridus annos natus.lxxiiii.

¶Cum eſſet preſbyter añ.xlvii.abbas autem annos.xxxv.vbi
lingonas peruenit:Ibi defunctus:atq; in eccleſia beatorum ge
minorum martyrum ſepultus eſt.Qui inter alia donaria quę a
ferre diſpoſuerat miſſit eccleſiæ ſancti Petri pandectẽ a bea-
to hieronymo in latinũ ex hebreo vel græco fonte tranſlatũ.

¶Leo añ.ix.ſarraceni cum immenſo exercitu conſtantinopo 4680
lim venientes triennio ciuitatem obſident. Donec Ciuibus
multa inſtantia ad domini clamantibus: plurimi eorum fame
frigore peſtilentia perirent. Ac ſic pertæſi obſidionis abſcede-
rent: qui inde regreſſi vulgarorum gentem quæ eſt ſuper Da-
nubium bello agrediuntur: & ab hac quoq; victi refugiunt:ac Danu-
naues repetunt ſuas.quibus cum altum peterent ingruente ſu biũ fl.
bita tempeſtate: plurimi & iam merſis ſiue confractis per litto
ra nauibus ſunt necati. Liutprand audiens quod ſaraceni de- Liut
populata ſardinia: & iam loca fædarent illa vbi oſſa ſancti prand.
Auguſtini.epiſcopi propter vaſtationem barbarorũ olim trãſ-
lata:& honorifice fuerant condita miſſit: & dato magno pre-
tio accepit & tranſtulit ex cinticinis:ibiq; cum debito tanto pa
tri honore recondidit.

¶De reliquiis Sextæ ætatis.

¶Hæc decurſu preteriti ſeculi ex hebraica veritate prout po 68
tuimus elucubrare curauimus.Aequum rati vt ſicut græci.lxx
tranſlatorum editione vtentes de ea ſibi: ſuiſq; temporum li-
bros condidere. Ita & nos qui per beati interpretis Hierony-
mi induſtriam puro hebraicæ veritatis fonte potamus Tem-
porum quoq; rationem iuxta hanc ſcire queamus:quod ſi qui
laborem hunc nomen culpauerint eſſe ſuperfluum: accipiant
hi quicũq; ſunt iuſtum ſalua Charitate reſponſum. Quod pre
fatus Hieronymus priſcæ Coſmographię calũniatoribus red
dit: vt ii diſplicet non legant. Cæterum cunctis in commune
ſuademus vt ſiue quis ex hebraica veritate quæ ad nos p me-
moratum interpretem pura peruenit: & iam hoſtibus iudæis

improfeſſione : ſiue ex.lxx.interpretum tranſlatione: quæ vel minus ſollicite primo ædita eſt vt multi aſtruunt: vel poſt a gẽtilibus corrupta vt beato Auguſtino videtur: ſeu certe ex vtriſq; commixto opere codicibus. vt ſibi viſum fuerit: tẽporum curſum notauerit: & ſiue ꝓlixiora ſeu breuiora tranſacti ſęculi tempora ſignauerit : aut ſignata repperierit. Nullatenus tñ ex hoc longiora vel breuiora quæ reſtant ſeculi tempora putet. Memor ſemper dominicæ ſententiæ: quia de die vltima & hora nemo ſit neq; angeli cœlorum niſi pater ſolus. Neq;.n.vllatenus ſunt audiẽdi qui ſuſpicantur. Huius ſeculi ſtatũ ſex milium annorũ ab initio fuiſſe definitũ. Et ne contra ſniam domini venire videantur. Addunt incertũ mortalibus quoto anno Sextæ millenariæ partis venturus ſit dies iuditii: cuius tamen aduentus maxime circa terminũ ſexti millenarii debeat ſperari. A quibus ſi quæris vbi hæc putanda vel credenda legerint: mox ſtomachantes qui aliud quid reſpondere non habent. An non legiſti inquiunt in geneſi quater ſex diebus mũdum fecerit deus. Vñ merito credi debet eum plus minus ſex milibus annorum eſſe ſtaturũ: & quod eſt grauius fuere qui ꝓpter ſeptimũ diem in quo requieuit deus ab operibus ſuis: ſperarent poſt ſex annorum milia ſanctorum labores in hac vita mortali. ſeptimo mille annorũ curriculo eos poſt reſurrectionem in hac ipſa vita immortales in delitiis & multa beatitudine regnaturos eſſe cum chriſto. Verum his: quia hæretica ſunt & friuola: funditus omiſſis intelligamus ſinceræ & catholicæ ſex illos dies in quibus mundi huius ornatũ perfecit deus. Et ſeptimũ in quo ab omni opere ſuo requieuit : quẽ ob id perpetuæ quietis benedictione ſanctificauit Non ſex milia annorũ ſeculi laborantis & ſeptimũ regni beatorum in terra cum chriſto : ſed exponamus ætates ſignificare mundi labentis in quibus ſancti laborant in hac vita pro chriſto. Et ſeptimã perpetuæ quietis in alia vita quã ſolutæ a corporibus percipiunt animæ ſanctæ cum xp̃o quod animarũ ſabbatum tunc inchoaſſe recte creditur. Cum primũ chriſti martyr carne occiſus a fratre : mox anima eſt æternam tranſlata in requiẽ. Tunc autẽ perficietur cum in die reſurrectionis animæ etiam corpora incorrupta recipient preterea cum nulla ætatum quinq; preteritarum mille annis acta repperitur: ſed aliæ plures annos aliæ pautiores habuere. Neq; vlla alteri ſimilem habuit ſummã annorum reſtat vt pari modo hæc quoq; quæ nũc agitur incer-

tum mortalibus habeat ſuæ longitudinis ſtatum: ſoli autẽ illi cognitum qui ſeruos ſuos accinctis lumbis lucerniſq; ardentibus vigilare præcepit: ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum qñ reuertatur a nuptiis.

De trina opinatione fidelium qñ venit dominus.

Cuius quidem aduentus horam merito ſancti omnes diligunt & citius adeſſe deſiderant. Sed periculoſe ſatis agunt hii qui an prope longe ſit putare vel predicare preſumunt. Vñ pulcherrime beatus Augu. remoto illo ſeruo nequã:q dicit in corde ſuo morã facit dñs meus venire. Iſte quippe ꝓculdubio domini ſui odit aduentũ. Dat exemplũ de tribus pueris optimis Aduẽtum dñi ſui ſicienter deſiderantibus: vigilanter expectãtibus: fideliter amãtibus. Quorũ vnus dicit vigilemus & oremus quia cicius venturus eſt dñs. Alter dicit vigilemus & oremus quia breuis: & incerta eſt iſta vita: quãuis tardius venturus ſit domin9. Tertius dicit vigilemus & oremus qa & breuis atq; incerta eſt iſta vita: & neſcimus tempus qñ venturus ſit dominus. Proinde ſi factum fuerit hoc quod predixerat primus gaudebunt cum illo ſecundus & tertius. Si autem factum non fuerit: metuendum eſt ne perturbentur qui illi crediderant. Et incipiant aduentum domini non tardum putare ſed nullum. Qui autem credunt quod dicit ſecundus tardius dominũ eſſe venturum: ſi falſum fuerit inuentum citius domino veniente nullo modo qui ei crediderant turbabuntur in fide: ſed inopinato gaudio pfruentur. Quapropter qui dicit dominũ cicius eſſe venturũ: optabilius loquitur: ſed periculoſe fallitur. Qui autem dicit dominum eſſe tardius venturũ & tñ credit ſperat: amatq; eius aduentũ. Profecto de tarditate eius & iam ſi fallitur fæliciter fallitur. Habebit enim maiorem patientiam ſi hoc ita erit maiorem lætitiam ſi non erit. At per hoc ab eis qui diligunt manifeſtationẽ domini ille auditur ſuauius: iſte creditur citius. Qui autem quid horum ſit verum ignorare ſe confitetur illud optat: hoc tolerat in nullo eorum erat: quia nihil eorũ aut infirmat aut negat.

De temporibus antichriſti.

Duo ſane certiſſima nec dum inſtantis diei iuditii habentur inditia: fidem videlicet iſraheliticæ gentis & regnũ pſecutioneq; antichriſti: quam videlicet perſecutionem trium ſemis annoꝝ futurũ fides eccleſiæ tenet. Sed ne hæc improuiſa veniẽs oẽs paſſim quos i paratos inuenerit iuoluat. Enoch & Heliam

maximos prophetas & doctores añ huius exortum venturos
immundum qui iſraheliticam plebem ad fidei conuertant gra
tiam. Atq; ad preſſuram tanti turbinis in parte electorum inſu
perabilem reddant: qui cum ipſi primo tres ſemis annos pre-
dicauerint: & ſicut de vno Helia propheta Malachias predi-
xit. Conuertere corda patrum in filios. Idem antiquorum fi-
dem dilectionemq; ſanctorum in eorum qui tunc victuri ſunt
mente plantabunt. Tunc excandeſcens illa horrenda perſecu
tio. Ipſos in primis martyrii virtute coronabit. De incęteros
fideles corripiens vel martyres chriſti glorioſiſſimos: vel dã-
natos apoſtatas faciet: qđ ſignificare videtur apoſtolus Ioan-
nes ita ſcribens in apocalypſi. Atrium autem quod eſt foris tẽ-
plum eice foras & ne metieris illud quoniam datum eſt gen-
tibus: et ciuitatẽ ſanctam calcabunt : menſibus. xlii. ideſt eos
qui nominetenus fideles ſola exteriora diligũt : ab electorum
ſorte ſeparatos oſtende : quia & ipſi ad perſequendam eccle-
ſiam conuertentur nouiſſima illa perſecutione trium ſemis an
norum. Et dabo inquit duobus teſtibus meis & prophetabũt
diebus mille. cclx. amicti ſaccis ideſt arctiſſimis continentie &
preſurarum laboribus accincti predicabũt: & paulo poſt: & cũ
finierint inquit teſtimoniũ ſuũ beſtiaq; aſcendet de abyſſo: fa
ciet aduerſus illos bellum & vincet eos: & occidit illos: & cæ
tera: quibus miniſtros eiuſdem beſtiæ ideſt antichriſti : de oc-
ciſione horum duorum teſtium : Idẽ martyres lætaturos eiſ-
demq; & iam mortuos inſultaturos eſſe commemorat. Idem
alio loco. Et vidi inquit de mari beſtiam aſcẽdentem & dedit
illi Draco virtutem ſuam & poteſtatem magnam. Idem vidi
hominẽ ſcæuiſſimi ingenii de tumultuoſa impiorum ſtirpe ꝓ-
genitum. Cui mox nato & per magicas artes a peſſimis imbu-
to magiſtris. Adiungens ſe diabolus tota virtutis ſuæ potẽtiã
per quam magica cæteris omnibus maiora patiet indiuiduus
comes afferet. Et data eſt inquit illi poteſtas facere mẽſes. xlii.
idem in annos & dimidium percuſſo autem illo perditionis fi
lio ſiue ab ipſo domino ſiue a Michaele archãgelo: vt quidam
docent & æterna altione dãnato. Non continuo dies iudicii
ſecuturus eſſe credendus eſt. Alioquin ſcire poſſent homines
illius æui tẽpus Iudicii. Si poſt. III. ſemis annos inchoatæ pſe
cutionis antichriſti cõfeſtim ſequeretur. Nũc autem quia ante
conſumatum tempus perſecutionis illius dies iudicii non ve
niat ſcire omnibus licet. Poſt quantum vero tempus conſum-

matę eiuſdem perſecutionis venturus ſit. Nemini prorſus ſci re cōceditur Deniq; propheta Daniel qui regnum antixp̄i mil le ducentis nonaginta diebus futurum deſcribit ita concludit Beatus qui expectat & peruenit ad dies mille.ccc.xxxv.quod Hieronymus ita exponit.Beatus inquit qui interfecto antixp̄o ſupra mille.cc.xc.ideſt tres ſemis annos dies .xlv.preſtulatur Quibus eſt dominus atq; ſaluator in ſua maieſtate venturus.

¶ Quare autem poſt interfectionem antichriſti.xl.&.v.dierū ſilentium ſit diuinæ ſcientiæ eſt niſi forte dicamus dilatio re= gni ſanctorum patientiæ probatio eſt.

¶ De die Iudicii.

¶ Adueniet autem dies domini ſicut fur quia ſicut ipſe teſta= 71
tur.Neſcimus qn̄ veniat ſero an media nocte an galli cantu an mane in quo cœli. Inquit magno impetu tranſient elementa vero a calore ſoluentur.

¶ Qui autem ſunt cœli qui tranſient : Paulo ſuperius docet idem apoſtolus Petrus dicens. Cœli erant prius & terra de a qua & per aquam conſiſtens verbo dei: per quæ ille tunc mū= dus periit. Cœli autem qui nunc ſunt & terra eodem verbo re poſiti ſunt igni reſeruati in die Iudicii. Non ergo firmamentū cœli in quo Sydera fixa circueunt : non cœlium etherum hoc eſt inane.Illud maximū a cœlo Sydereo vſq; ad aera turbulen tum in quo puro & quieto diurnæq; lucis ſp̄ pleno errātia ſep tem ſydera vaga ferri creduntur.Sed cœlum hoc aereum ideſt terræ proximū a quo aues cœli qđ in eo volent appellantur. Quod aqua quondam diluuii deletis terreſtribus tranſcendē do perdidit Hoc ignis extremi iudicii eiuſdem menſuræ ſpa= tio procreſcens occupādo diſperdet : nec ſola hæc beati Petri ſententia: quia illos dicit cœlos igni iudicii perdendos. Qui aqua Diluuii perierāt teſtatur ſyderum cœlum igni illo quāuis maximo non eſſe iungēdum:ſed iam domini ſermo qui dicit. Statim autem poſt tribulatur. dierū illorum ſol obſcurabitur & luna non dabit lumen ſuum et ſtellæ cadent de cœlo.Neq; eni ſol obſcurari luna ſuo lumine priuari:ſtellæ poterunt cadere de cœlo ſi cœlum ipſum locus videlicet eorum igni voratum trā ſibit.Nunc autem cœlum quidem aereum igni marceſcet : ſy= derum manebit illęſum Porro ſydera obſcurabuntur non ſuo lumine vacuata ſed maioris vi luminis ad aduentum ſuperni iudicis ne videantur obtecta: quod in hac vita lunam ſtellaſq;

oēs apotiore lumine ſolis inter diu pati cūctis in promptu eſt. Cum autē peracto Iudicio : cœlum nouum & terra noua ideſt non alia pro aliis ſed hæc ipſa per ignē innouata:& quaſi qua dam reſurrectionis virtute glorificata claruerint. Tunc vt Iſa ias prędixit: erit lux lunæ ſicut lux ſolis & lux ſolis ſeptempli citer : ſicut lux ſeptem dierum.

¶ Quod autem Ioan. in apocalypſi cum dixiſſet & vidi cælū nouum & terram nouam primum enim cœlum & prima terra abierunt. Adiunxit atq; ait & mare iam nō eſt vtrum maximo illo ardore ſiccetur mare : an & ipſum vertatur in melius non facile patet. Cœlum quippe nouum & terram nouam. Non au tem & mare nouum vſpiam legimus futurū nam & typice po teſt intelligi quod dictū eſt. Et mare iam nō eſt quia iam tunc non erit hoc ſæculum vita mortalium turbulentum quod ſę piſſime inſcripturis maris nomine figuratur. Vbi autem ipſum extremi & vniuerſalis Iudicii ſit diſcrimen habendum. Inter multos ſępe queritur. Conſtat namq; quia cum deſcenderit ad Iudicium dominus in ictu oculi fuerit omnium reſurrectio cæ lebrata mortuorum: ſancti confeſtim rapientur obuiam illi in aera. Hoc etenim intelligitur apoſtolus indicare cum ait. Qm̄ ipſe dominus in iuſſu & in voce archangeli & in tuba dei deſ cendet de cœlo & mortui qui in xp̄o ſunt reſurgent primi: de inde nos qui viuimus qui relinquimur ſimul rapiemur cum il lis in nubib⁹ obuiam domino in aera. Vtrum autem & repro bi tunc ſublimus a terra leuentur obuiam iudici venturo. An meritis peccatorum ita pregrauētur vt quāuis immortalia cor pora habentes ad altiora nequeant oleuari. Et preſidente ad iudicandum domino:ſancti in ſublimi a dextris eius:ipſi autē inferiorib⁹ adſiſtāt a ſiniſtris. Tūc potius apparebit ſi vero tūc ignis ille Maximus & altiſſimus vniverſam terræ ſuperficiem operit: & reſuſcitati a mortuis iniuſti nequæūt in ſublime rap tari. Conſtat eos vt pote in terra poſitos igni circundatos iu dicis expectare ſniam:ſed an illo vrantur qui non per illum ca ſtigandi:ſed æterno potius ſunt igne dānandi quis preiudica re audeat. Nāq; aliquos electorum eo purgari aleuioribus qui buſdam ad miſſis. Et beatus Auguſtinus in lib. de ciuitate dei .xx. ex prophetarum dictis intelligit. Et ſanctus papa Greg. i homiliis euangelii exponens illud pſalmographi: Ignis in cō ſpectu eius ardebat: & in circuitu eius tempeſtas valida; deſtri

ctionem quippe inquit tantę iuſtitię tempeſtas igniſq; comitantur: Quia tempeſtas examinat quos ignis exurat:ſatis autem clarum eſt: quia raptis ad uocem tubæ obuiam domino in aera: perfectis ſeruis illius confragratio mundana non noceat: ſi trium puerorum mortalia ad huc corpora circum poſitus camini ignis tangere nequiuit. Verum in his omnibus vtilius eſt cuiq; caſtum ſe diſtricti iudicis prebere conſpectib⁹ quã de Iudicii illius modo loco ve diſcutere. Sane quod apoſtolus cum dixiſſet rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aera ſubdidit dicens: & ſic ſemper cum domino erim⁹ Non ſic accipiendum eſt tanq̃ in aere nos dixerit ſemper cum domino eſſe manſuros. Quia nec ipſe vtiq; ibi manebit quia veniens tranſiturus eſt. Venienti quippe ibitur obuiem non manenti: ſed ita cum domino erimus ideſt ſic erimus habentes corpora ſempiterna vbicunq; cum illo fuerimus.

¶ De ſeptima & octaua ætate ſęculi futuri.

Et hæc eſt octaua illa ætas ſemper amanda: ſperanda: ſuſpiranda fidelibus quando eorum aĩas Chriſtus incorruptibiliũ corporum munere donatas ad perceptionem regni cœleſtis: contemplationẽq; diuinæ ſuæ maieſtatis inducat: non auferens gloriam quam exute corporibus a ſuæ quæq; egreſſionis tempore beata in requiæ perceperant: ſed maiore illas gloria & iam corporum redeuntium accumulans. In cuius continuatæ & non interruptæ beatitudinis typum. Moſes cum ſex illos dies primos quibus factus eſt mundus a luce & mane inchoatos ad veſperam terminatos dixiſſet: In ſeptimo quo requieuit deus ab operibus ſuis. Solius mane non autem & veſpere fecit mentionem: ſed cuncta quæ de eo commemoranda putauit æterne requiei & benedictionis luce concluſit. Quia ſicut & ſupra meminimus cunctæ huius ſæculi ætates ſex in q̃bus iuſti domino cooperãte bonis operibus inſiſtunt: ita ſunt ſuperna ordinatione diſpoſitæ vt in primordiis ſuis ſingulæ aliquid lactarum rerum habentes non paruis erũnarum tenebris preſſurarũq; conſumantur. Requies vero animarum: quã pro bonis operibus in futuro ſæculo percipiunt. Nulla vnq̃ curæ alicuius anxietate turbata deficiet: ſed vbi tempus iudicii & reſurrectionis aduenerit: glorioſiore perpetue beatitudinis perfectione complebitur. Comparatur his ætatibus ſacratiſſimum dominicæ paſſionis ſepulturæ & reſurrectionis tem-

pus. Legimus enim ſcribente euangeliſta Ioanne: quia Iheſus ante ſex dies paſchæ venit Bethaniam: vbi deuote mulieris officio Iudas offenſus prodidit eum ſacerdotum principibus. In craſtinum autem ipſe veniens ſuper aſino hieroſolymam cum turba domino laudes canentium. Per continuos .v. dies inſidioſis eorum quęſtionibus appetitus. ſexto demū die crucifixus eſt ſeptima requieuit in ſepulchro: octaua autē ideſt vna ſabbati reſurrexit a mortuis. Quia preteritis. v. mundi huius ætatibus: ſancti nūquā reproborum inſidias ab odia pati ceſſabunt. At in ſexta qua dominus ſua incarnatione confirmare in fide ſua paſſionem redimere: ab inferis ſua reſurrectione & aſcenſione ad ſpē & dilectionem regni cœleſtis accēdere dignatus eſt. Eximior beatorum martyrum virtus atrociora ab infidelibus perſecutionem bello tollerauit: ſed hæc tanto fortius vicere quanto certius nouere pro illo ſe pati qui ſecum paſſo prius latroni: ſed tunc confitenti promiſit. Hodie mecum eris in paradiſo: quæ beatiſſima paradiſi requies: quia non alium finem quam glorificæ reſurrectionis habet initium hoc ſignificaret volens euangeliſta Matheus cum domino ſexta feria paſſum & ſabbato ſepultum eſſe ſcripſiſſet. Dicturus de reſurrectione ſic incipit. Veſpere autem ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati. venit Maria magdalene & altera maria videre ſepulchrum. Veſperum quippe ſabbati quo dominu in ſepulchro quieuit non in noctem tenebreſcere: ſed luceſcere dicit in vna ſabbati quia viddicet idem eius ſepulchrum nō corruptione ſuſcepti corporis ad taminandum. Sed ſicut Iſaias ait: in virtutem videbitur deus deorum in ſion. Quales adhunc venire poſſint ipſe qui eſt via: & veritas: & vita teſtatur dominus: beati mundo corde quoniam ipſi deum videbunt. Ergo noſter libellus de volubili ac fluctiuago temporum lapſu deſcriptus. Oportunum de æterna ſtabilitate ac ſtabili æternitate habeat finem. Quem rogo ſi qui lectione dignū rati fuerint: me ſuis in precibus domino commendent. piaqꝫ apud deum & proximos quantum valent agant induſtria. vt poſt temporales cœleſtium actionum ſudores: æternam cuncti cœleſtiū premiorum mereamur habere palmam.

FINIS.